Ald. 741

# DE. GENTIB. ET
# FAMILIIS
# ROMANORVM,

RICHARDI . STREINNII
BARONIS. SCHVVARZENAVII

Aldus Iunior

VENETIIS. ∞DLXXI.
Ex Aedib. Manutianis.

# PRAESTANTI · VIRO FRANCISCO. MORANDO SIRENAE

IVRIS. VTRIVSQ. SINGVLARI. COGNITIONE ORNATO

ALDVS. MANVTIVS. PAVLLI. F. ALDI. N. S. P. D.

*MITTO AD TE, ut habeas annuam a me penſionem, librum de Familijs Romanis, quod mei memoriam tibi renouet, eximijsq. tuis in me meritis aliqua ſaltem ex parte (nam quis omnia poſſit perſoluere?) reſpondere poſſit. Tu igitur munus, ab amico, amico animo profectum, ne aſpernare: maioraq. quotidie a nobis exſpectes, qui in tui ſimilibus, ideſt praeſtantibusuiris colendis, ornandiſque, quantum in nobis eſt, operam collocare ſtatuerimus. Vale. Venetijs. Idib. Febr. ∞ DLXX.*

BIBLIOTH. REG. UNIVERSIT. VRATISLAV EX HEREDITATE STEINWEHR.

461892

BIBL. UNIV. WRATISL.

L. i. 334249

# ALDVS · MANVTIVS PAVLLI. F. ALDI. N.

# LECTORI

LAVDARI omnes uolunt: idq. ſi aſſequantur, maximam in eo felicitatis partem ſtatuunt. uias autem, quibus laudentur, non eaſdem ingrediuntur omnes. alij enim, maiores dum imitantur, ſperant ſe id poſſe conſequi; alij in eo multi ſunt, ut noua quaerant, ab ipſisq. potius, quam a maiorum gloria, pendeant. Mihi neutra ratio probatur. nam, ſi maiores noſtros imitemur, quis omnes imitatione dignos fateatur? ſi uero a ſua quiſque natura, non aliunde, laudem ſibi petat, haec quoque non admodũ certa ratio eſt. falli enim poſſumus, & uero ſaepe

fallimur, incerta certis, turbulenta tranquil-
lis, leuia grauibus praeferentes. Ex duabus ue
ro uijs, alterutram ſequi ſi uolumus, probabi
lior mihi quidem ea uidetur, ut maiorum fa-
cta imitemur, modo ipſi gloria excelluerint.
Exempla porro ſi cupimus, abunde nobis ſup
petent ex Romana Rep. quae, ſiue militiae, ſi-
ue litterarum laude praeſtantes uiros quaera-
mus, ſemper eorum parens altrixq. fuit. Hinc
fit, ut in Hiſtoriae Romanae lectione, obſer-
uationeq. plurimum homines conquieſcant.
Quae cum multis in libris contineatur, nec ſa
tis apte unico uolumine explicata eſſet, opti-
me collocauit operam ſuam, eximiamq. do-
ctrinae & ingenij laudem meruit RICHAR
DVS. STREINNIVS, Baro Schuuarze
nauius: qui quaſcumque Romae familias il-
luſtriores fuiſſe, ex ueterum ſcriptis colligere
potuit, in unum contulit, omnesq. eius fami-
liae in ſeriem redegit; ut poſſent Lectores, or
dine inſpecto, & ipſius ſummam diligentiam
commendare, & maximum ſibi ipſis fructum
comparare. Nullo alio certe ex libro, qui cu-
piat Romanae Reip. tamquam imaginem ob

ocu-

oculos habere, tantum cognitionis arripiet.
Laudibus igitur efferenda ampliſsimis tanti
uiri induſtria. Et, quamquam is ipſe, ſumma,
ob eius egregia merita, conſtitutus in dignita
te, ſit, qui haec leuia minimi fortaſſe pendat; a
ſtudioſis tamen uiris maximas ei gratias agi
par eſt: cum ex eius induſtria maximum fru-
ctum capiant.

SER.MO ET. ILL.MO

# PRINCIPI. AC. DOMINO CAROLO ARCHIDVCI. AVSTRIAE, &c.

## RICHARDVS. STREINNIVS S.

QVIDNAM cauſſae ſit, Carole Princeps illuſtriſſime, quod cum aetates fere ſingulae ſingula prope nobis extulerint optimarum rerum ſtudia, ea tamen ab humili ad ſummum perducta ſeneſcere, ac ſuo quaſi fato perfungi, rurſuſque aliquando efferri atque emergere uideantur, ſaepe multumq. dubitare ſoleo. Videmus enim, & patet hoc quidem omnibus, ultimam illam hominum aetatem, quae quo ab ortu aberat propius, hoc ingenio magis animique magnitudine praeſtitit, cum uim rerum caeleſtium, ratos orbium curſus, motus, traiectiones, & progresſiones ſiderum, tum omnẽ naturae obſcuritatẽ, rerumq. uiciſſitudines & notaſſe diligenter, & accurate explicaſſe: quae cum in alto ſane eſſent collocata gradu, delabi paullatim & praecipitari coeperunt. Nam quae continuo inſecuta eſt aetas, ea non cognoſcere prius praeclariſſimas illas res, quam contemnere plane, & negligere coepit. Tertia uero, quae Graecorum eſt, illarum enim Aſſyriorum eſt altera, altera Perſarum, non modo haec quae iacere uidebantur, & ſepulta eſſe, naturae optima rectiſſimaque ſtudia excitauit, ſed & omnia doctrinarum atque artium genera, iura, leges, humanitatem denique omnem induxit, & in omnes terras diſtribuit. Quo quidem tempore uirtutis magiſtri Philoſophi exſtiterunt, qui rerum omnium naturam euoluerent, diſſerendi ſubtilitatem explicarent, uitam atque mores traderent: procreatores quidam, & quaſi parentes bonarum artium reliquarum omnium. Non progrediar longius, ad Romanos uenio. Quid Romano florente imperio

*rio litterarum ſtudijs praeclarius? quid illuſtrius? quid uero illo ſaeculo eruditius? atqui haec una cum imperio concidiſſe, nemo mediocriter quidem eruditus ignorat. Verumtamen cum repreſſa haec uetuſtate, uel oppreſſa potius & exſtincta crederentur, noſtra certe, patrumq. memoria in lucem a doctiſſimis hominibus uindicari, & priſtinae dignitati longo interuallo reſtitui coeperunt. Huius ego tantae mutationis caſſuam unam quidem in natura ita latere arbitror, ut quod in hac imbecillitate noſtra neque appareat, neque cernatur, ſolius Dei rerum omnium praepotentis ſapientiae relinquenda ſit: alteram extra naturam poſitam, animo & intelligentia comprehendi poſſe iudico. Etenim, ut ſuus cuique parti aetatis datus eſt terminus, certaq. tempeſtiuitas, qua decurſa & exacta, confici eam & exſtingui neceſſe eſt: ſic reliquarum quoque rerum omnium quaedam quaſi aetates uideri ſolent, certis notatae & circumſcriptae cancellis. Atque, ut omittam ea, quae oculis cerni & euentu notari poſſunt, terrae fetum omnem, fruges, baccas arborum, & quaecumque ad hominum commoditates natura largita eſt, temporis decurſu, ſui quam diſſimillima reperiri: ingenium certe, hominiſq. natura, dici non poteſt quantum a ſuperioribus aetatibus degenerarit, quam fracta nunc & debilitata, uehementi quadam impulſione ad ſenectutem & interitum compellatur. Sunt tamen ingeniis hominum innati uirtutum igniculi, & ſemina data doctrinarum, quae ſi adoleſcerent, nihil hominis natura praeſtantius eſſe poſſet: nunc autem, cum ea ſit naturae deprauatio, ut ſimul ac in lucem editi ac ſuſcepti ſumus, prauitatis erroribus imbutae mentes noſtrae, in ſumma peruerſitate uerſentur, cum igniculi, ſi qui ſunt, reſtinguuntur celeriter, tum ſemina in contrarias partes ſe conuertunt. Ac fuit haec quondam illorum temporum felicitas, quae cum ab interitu rerum abeſſent longiſſime, tum omnibus rebus, praeſertim ſtudijs atque artibus florebant. Itaque nihil in omni natura tam erat reconditum, nihil tam abſtruſum & obſcurum quod non inueſtigarit, eruerit, atque in lucem protulerit antiquitas. huic artes innumerabiles, maximarum rerum ſcientiam, doctrinae atque humanitatis ſtudia debemus: huic, ſi quid eſt uel excogitatum acute, uel inuentum praeclare, acceptum ferimus. Haec noſtra poſtrema aetas, cum a natura ad finem & exitum praecipiti quodam caſu uoluatur, illa ipſa, ſi qua ſuperſunt naturae bona, una ſecum ad interitum rapit. Ita fit, ut, cum ſolidam & expreſſam pulcherrimarum rerum effigiem iampridem nullam habeamus, umbram tantum & imagines conſectemur.*



*mur. Accedunt huc uarij rerum humanarum caſus, qui omnibus in rebus dominantur: qui ſtudia & contentiones noſtras ſaepe in ipſo curſu frangunt atque obruunt. Non omittam (quod uere mihi uideor dicturus) ut rerum aliarum, ſic laudandarum artium peſtem & exitium eſſe bellum. Aluntur enim, augentur & confirmantur pace litterarum ſtudia, haec per otium concelebrata eſfloreſcunt: ubi uero ad bellum, ubi ad caſtra uentum eſt, tum afflicta et tamquam intermortua iacent & negliguntur, pellitur e medio ſapientia, (ut bonus Poeta ſcribit Ennius) ui geritur res. Cuius quidem certe rei, ut ueterum memoriam relinquam, reſpublica Romana teſtis eſt. Illa enim in otio & tranquillitate tot ingenijs, tantiſque ſtudijs exculta, quaſi fecunda quaedam genitrix, immortales edidit partus. Hoc tempore Catones, Laelios, Tuberones, Cicerones, Varrones, omni doctrinarum genere cumulatos accepimus. Secuta bella ciuilia, perpetuis ſeditionibus reſpublica labefactata, ubi Imperatorum tyrannis rem Romanam excepit, bonis diſciplinis nullus honos habitus, praeclarae artes omnes paene funditus deletae ſunt. Patrum uero & auorum memoria, pacatis fere bellis, cũ diuturnitas pacis otium confirmaſſet, paullulum erigere ſe litterae & oculos extollere coeperunt. Doctrina primum, quae reconditis in artibus & litterarum uarietate uerſatur, dein eloquentia, poſtremo antiquitatis ſtudium paullatim excitatum eſt. Verum haec in Italia primum magno in honore & gloria fuerunt: in Germania uero noſtra non ita magna laude dignata ſunt, Doctrinam aetate noſtra patrumq. noſtrorum complures alii excitarunt, eaque hodie multorum ingenijs magnopere celebratur. Eloquentiam uero primus excepit Longolius, cuius dignitatem & decus hodie multi ſuſtinent. Antiquitatis uero ſtudium primum Cuſpinianus noſter, tum etiam Rhenanus & Glareanus, uiri ſummis ingenijs, exquiſitaque doctrina praediti, magna ſane cum laude & poſteritatis commemoratione amplexi ſunt. Quorum ueſtigijs Fran. Othomanus, iuris, litterarum, atque omnis antiquitatis peritiſſimus, inſiſtens, cum animi mei ardorem ad bonarum artium ſtudia cognouiſſet, magnopere mihi auctor fuit, ut cum iuris ciuilis ſcientia antiquitatis ſtudium coniungerem. In quo cum maxime elaborarem, atque omnes huius ineuntis aetatis induſtriaeque neruos contenderem, tum miram in cognoſcendo ſuauitatem, & multarum rerum iucunda quadam uarietate diſtinctam delectationem, tum uero ſingularem ineſſe huic ſtudio utilitatem animaduerti. Nam cum in eius reipublicae temperatione cognoſcenda*

*elaboremus, quae ceteris omnibus non tam mperij magnitudine, quam ciuitatis praeclara & ſapienti deſcriptione antecelluit, incredibiles certe fructus ad eos qui ad reipublicae gubernacula acceſſuri ſunt, redire neceſſe eſt. Accedit illud quoque, quod cum adoleſcentia haec noſtra in Latinorum ſcriptorum libris cognoſcendis informari ſoleat, nullum tamen de ijs ſolidum uerumq. fructum conſequi poſſimus, niſi omnia populi Romani inſtituta & nota & perſpecta habeamus, in comitijs, legibus, magiſtratibus, iudicijs, prouocationibus, auſpicijs, caerimonijs, reliq. militaris deſcriptione, praeſertim autem in familijs ac gentibus, quarum mirificam quandam uideo a primo urbis ortu habitam fuiſſe non ſine magnis cauſſis rationem. Itaq. cum ad unamquanque rerum illarum praeclariſſimarum cognoſcendam animum meum his fere uiginti menſibus adieciſſem, coepiſſemq. de magiſtratibus & iudiciis, aliiſq. nonnullis commentari, nullam tamen in partem maiorem quam in familiis obſeruandis ac deſcribendis diligentiam adhibui. rem obſcuram certe atque ignotam: quae cum priſcis temporibus a T. Pomponio Attico literis mandata & explicata eſſet, in manus tamen hominum numquam (quod equidem ſciam) peruenit. Cũ igitur hunc ſuperioribus menſibus libellum confeciſſem, in eoque non tam illuſtrium uirorum familias atq. aetates, quam magiſtratus, honores, reſq. eorum geſtas eſſem complexus, multiq. doctiſſimi uiri, quibuſcum ſtudia mea communicabam, ut illum in ſtudioſorum rationem diuulgarem, atq. ex umbraculis in ſolem educerem, ſummopere a me contenderent: feci id quidem non inuitus, ut prodeſſem quamplurimis. Hunc autem tibi, Carole Princeps, tuoque clariſſimo nomini, de parentis cariſſimi atq. optimi, amicorumq. ſententia offerre uolui: praeſertim cum ex hac ſcientia mirificam te uoluptatem capere conſueuiſſe, ex multorũ ſermonibus intellexerim, ut ſi patronus huic praeclaro ſtudio comparandus ſit, tu mihi facile occurras, qui haec ſtudia labentia excipere, afflicta erigere, perdita recreare poſſe uidearis. Accipies igitur, Princeps illuſtriſſime, munus tenue illud quidem, minimeque dignum, quod amplitudini nominis tui a me offeratur, ſed tamen obſidem ac pignus meae erga tuam amplitudinem fidei atq. obſeruantiae perpetuo futurum. Vale. XVI. Kal. Septembres. CIↃ IↃ LIIX. Argentorato.*

# RICHARDI. STREINNII BARONIS. AVSTRII, IN. STEMMATA GENTIVM. ET. FAMILIARVM ROMANARVM

## *PRAEFATIO.*

VETVS *eſt, eaque multorum animis penitus inſita opinio, principium atque originem Romanae reipublicae, colluuiem fuiſſe & concurſum barbararum quarundam gentium. Itaque apud Trogum Mithridates, ſeruos uernaſq. Tuſcorum Romanos eorumq. reges, paſtores Aboriginum, aruſpices Sabinorum, & exſules Corinthiorũ appellare nõ dubitat. Veteres tamen rerũ Romanarum ſcriptores, Catones, Piſones, Gellij, & qui eorum maxime inſiſtit ueſtigijs, Dionyſius Halicarnaſſeus, auctor in primis bonus & locuples, Romanos a Graecis originem ducere multis rationibus probare conantur. Quorum ſententiam, antequam familias noſtras aggrederemur, breuiter hic exponendam duximus. Adijciemus etiam gentium & familiarum Romanarum perbreuem quandam explicationem: tum quae Patriciae, quae Plebeiae gentes ſint, quaeue maiorum, quae minorum gentium Patriciae familiae dicantur, oſtẽdemus. Principio igitur Aborigines (ut ab ultimis auctoritatem repetam) duce Oenotro Lycaonis Arcadiae regis filio, relicta Peloponneſo, Latium occuparent, regionem quae cum caeli temperatione, tum ubertate agrorum ac uarietate fructuum ceteris omnibus antecellere uidebatur. Ea namque fuit antiquiſſimorum temporum ratio, gentiumq. omnium conſenſu recepta conſuetudo, ſi uel multitudine uulgi premeretur ciuitas, uel agri propter ſterilitatem inculti, propter peſtilentiam uaſti et deſerti eſſent, ut quidquid Vere proximo ex hominibus, ex ſuillo, ouillo, caprino naſceretur grege, dijs immortalibus ſacrum uouerent: id quod Ver ſacrum appellauit antiquitas. Fuit haec tum quaſi deducendae coloniae ratio quaedam. Emittebant a ſuis finibus fauſta ominatione armis inſtructam iuuentutem, quae regionem & ſedes ſibi quaereret, quas patriae loco haberet, et in quibus fortunarum domicilium conſtitueret: quae res, & multarum gentium migrationes, et crebram locorum commutationem antiquis temporibus peperit. Eadem enim ratione & Arcades, qui Aborigines deinde dicti ſunt, ſedem omnium rerum & fortunarum ſuarum in Latio collocarunt, ſedecim aetatibus quam ad Troiam bellatum eſt. Sic Pelaſgi ex Theſſalia, Euander ex Arcadia, Hercules ex Peloponneſo in Latium migrarunt, cuius rei teſtis eſt, libro antiquitatum Romanarum, primo, Dionyſius Halicarnaſſeus. Exciſa deinde et funditus a Graecis euerſa Troia, quum Aeneas profugus magna clientum manu, in Libyam primo, mox in Italiam traieciſſet, Latinoque rege mortuo regnum occupaſſet, translatum ad Phryges imperium eſt, excluſa Aborigi*

*num gente,idq. poſteris proditum, ad Romulum uſque (quem auctorem nominis,
& urbis conditorem Romani nuncupant) peruenit: qui cum Aimilium auum, &
Remum fratrem per ſummam fraudem nefarie occidiſſet,& urbem in Palatio con
didit, & Senatu, legibus iudicijſq. rempublicam deuinxit. Haec prima, ut opinor,
& antiquiſſima Romanorum gentium origo eſt. Nam et Arcades (ut inter omnes
conſtat) antiquiſſimi Italiae populi, et Phryges Troiani belli reliquiae, cum Romu
lo in urbem migrarunt. Hinc factum eſt, ut Romanarũ gentium, Aboriginum aliae
ſint, aliae Troianae. Aboriginum gentes, quae a primis Italiae populis, quos Ar-
cades fuiſſe Dionyſius teſtatur, originem ducunt: quarum prae ceteris clarae &
illuſtres fuere, Fabia, Antonia, Potitia, Mamilia. Troianae uero, quae originem
ſuam ad Phryges & Aeneae comites referunt, ut Iunia, Nautia, Aimilia, Sergia,
Caecilia. Adſcitis deinde a Romulo ad regni ſocietatem una cum Tatio rege Sabi
nis, cum deuictis quoque populis uictor Romulus ciuitatem largiretur, ciuitas tum
multis, tum uarijs eſt aucta ciuibus. Acceſſit Tullus Hoſtilius, tertius Romano-
rum rex, qui euerſa & diruta Alba, multas familias Romam traduxit: quarum il
luſtriores Dionyſius nominat Iuliam, Seruiliam, Geganiam, Metiliam, Curiatiam,
Quinctiliam. Multis exactis regibus Italiae, municipijs, quae in fide populi Roma
ni manſiſſent, ciuitas eſt data, Fundanis, Formianis, Acerranis, Tuſculanis, Arpi-
natibus: idq. uſq. ad bellum ſociale duraſſe, auctor eſt Velleius Paterculus: cum
uniuerſa fere Italia ciuitatem cum ſuffragio accepit. Hinc Coruncanios, hinc Cu-
rios, Fabricios, Porcios, Pompeios, Marios, Tullios, ſummos magiſtratus ampliſſi-
moſque honores conſecutos, ueterum monumenta teſtantur. Poſtremo ad exteras
quoq. gentes ciuitatis beneficium translatum eſt. Nam & Cornelium Balbum Hi-
ſpanum, ciuitate a Pompeio donatum, Conſulem factum conſtat: & P. Ventidium
bello a Pompeio captum, & in triumpho ductum, uirum praetorium & conſula-
rem, de Parthis primum omnium triumphaſſe accepimus. Qua de re in XI.
apud Tacitum Claudius Caeſar, ubi de Aeduis in ciuitatem recipiendis agit, ſic lo-
quitur: Maiores mei, inquit, quorum antiquiſſimus Clauſus origine Sabina, ſimul in
ciuitatem Romanam, & in familias Patriciorum aſcitus eſt, hortantur, uti paribus
conſilijs remp. capeſſam, transferendo huc quod uſquam egregium fuerit. Neque
enim ignoro Iulios Alba, Coruncanios Camerio, Porcios Tuſculo, &, ne uetera
ſcrutemur, Etruria, Lucaniaq. & omni Italia in Senatum accitos: poſtremo ipſam
ad Alpes permotam, ut non modo ſinguli uiritim, ſed terrae genteſque in nomen
noſtrum coaleſcerent. Tum ſolida domi quies, & aduerſus externa floruimus, cum
Tranſpadani in ciuitatem recepti, cum ſpecie deuictarum per orbem terrae legio-
num, additis prouincialium ualidiſſimis, feſſo imperio ſubuentum eſt. Num paeni-
tet Balbos ex Hiſpania, nec minus in[ſi]gnes uiros ex Gallia Narbonenſi tranſiuiſ-
ſe? Haec ille. Quare ut rem totam in pauca conferamus, Gentium Romanarum, A-
boriginum alias, alias Troianas eſſe dicimus. quarum illae Arcadum, qui primi
ſedes ſuas in Latio collocarunt; hae Phrygum, qui Aenea duce in Italiam migra-
runt, progenies ſunt. Atque his quidem originem fuiſſe Graecam omnes ueteres au
ctores tradunt. Huc pertinent, quarum una eademq. origo perhibetur ab antiquis,
Albanae*

*Albanae & Latinae, quae cum a regibus in ciuitatem traductae, tum exactis regi
bus uel Senatus auctoritate, uel populi lege ciuitatem ſunt adeptae. Accedant li-
cet peregrinae familiae (ne quid quod ad hanc rem pertinere uideatur praetermit
tamus) quae armis & tyrannide Caeſarum oppreſſa repub. in ciuitatem & cenſum
ciuium Romanorum irrepſerunt: quae quidem certe res non tam ſplendorem Ro-
manarum gentium, quam nomen & dignitatem Romani imperij afflixit. Circumſpi
ce, & quam longiſſime potes, maximorum regnorum auſpicia, progreſſus, finem ex
ueterum monumentis memoria repete, quocumq. te animo atq. cogitatione conuer
teris, nullum reperies regnum, nullam rempub. quae non ſimili prope fato exſtincta
ſit & oppreſſa. Graecia enim, quae fama, quae gloria & bellica laude floruit, non
prius haec amiſit, quam Perſae in Graeciam uenerunt: aut Perſae, (quorum poſt
Graecos clariſſimum nomen fuit) quam Macedones in Perſiam penetrarint. Sic Ma
cedonum gloria facile Romanae uirtuti ceſſit. At uero Romani an non ſimili quo
que fato, cum iam in ſummo gradu collocati eſſent, praecipitati ſunt? Ecce enim
qui opibus, qui gloria, qui imperio omnium gentium florerent, qui non bella exter-
na, non reges, non gentem, non nationem ullam pertimeſcerent, ij inteſtino primum
& domeſtico bello proprijs inſidijs debilitati, mox armis barbararum gentium op-
preſſi, & imperio priuati ſunt. Ea nimirum humanarum rerum condicio eſt & natu
ra, ut nihil aeternum, nihil firmum, omnia mortalia ſint et caduca. Eodem ergo quo
reſpublica fato gentes quoq. & familiae Romanae conciderunt. Nam Imperato-
res, qui nihil ad arbitrium Senatus, omnia pro libidine in republica gererent, opti
mum quemq., ut nullus uirtuti relinqueretur locus, ſuſtulerunt. Ita cum indigniſſi
mis maximiſq. caedibus exhauſta reſpublica & ſuis orbata eſſet ciuibus, peregri-
nas & barbaras gentes non in ciuitatem modo, ſed etiam in ampliſſimum ſenato-
rium ordinem legerunt, ad quos mox imperio tranſlato, ſplendor Romanarum gen
tium tum quidem deletus eſt: imperio uero in Thraciã tranſlato, plane ſublatus eſt,
et exſtinctus. quae, mea quidem opinione, cauſſa eſt, cur iampridem gentiũ Romana
rum ueſtigium exſtet nullum. Sed haec hactenus. Nũc quid gens ſit, quid familia, et
qua in re differant, breuiter exponemus. Gentem Romani, commutatione uerbi ma-
gis quam uera ſignificatione, ſimilitudinis cauſſa (cum natura & ratio uocabili di-
uerſa ſit) pro eo quod familiam ſignificat, uſurparũt. Vt enim multitudinem popu
li gentem appellamus, ſic familias complures, quae eiuſdem generis, nominis, origi
nis eſſent, gentem nominarunt. Hinc eſt, quod ait Feſtus, Gens Aelia appellatur,
quae ex multis familijs conficitur. Alij enim ſunt Paeti, alij Ligures, alij Cati, La-
miae item alij. Et gentiles inde dicti, qui (ut Cicero in Topicis ex ſententia Scaeuo
lae iuriſconſulti ſcribit) inter ſe eodem nomine ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt,
quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit, qui capite nõ ſunt deminuti. Gens ergo
Cornelia eſt, Fabia, Claudia, Iunia. Gentiles uero qui ſimili nomine appellãtur Cor
nelij, Fabij, Claudij, Iunij, non autem Scipiones, et Bruti, ut Boetius, acerrimo uir in
genio, in Topica Ciceronis ſcribit. Familiares enim potius ex familia, ut ex Feſto
apparet, appellandi ſunt, quam gentiles. Atque haud ſcio an rectius etiam Feſtus,
qui gentiles & ex eodem genere ortos, & qui ſimili nomine appellantur, definit. id
certe*

erte quod late & uarie diffuſum erat, ſuis quaſi cancellis circumſcripſit. Nam &
Valerij, & Fabij, Claudij, Papirij, Tullij, eiuſdem quidem nominis, diuerſarum ta-
men gentium ſunt, cum patricij ex his alij, alij plebeij reperiantur. Neque enim
Claudij Pulchri aut Nerones, Marcellorum gentiles ſunt: nec Fabij Vibulani eorũ
qui Dorſi, aut Papirij eorum qui Carbones appellantur, gentiles haberi debent: di-
uerſa enim genera ſunt, diuerſae familiae, aliae deniq. ſtirpes. Recte ergo, mea qui
dem ſententia, Feſtus, ex eodem genere ortos gentiles eſſe dixit. Atq. haec quidem
ad iura gentilicia maxime pertinent. qua in re illud ſtatuimus, communia eſſe quae
dam omnium gentium, quaedam propria & peculiaria cuiuſq. gentis iura. Commu
nia ſunt hereditates & tutelae, quae ex Lege XII. tabularum ad agnatos & gen-
tiles pertinent. Leges enim hac de re a X VIRIS latas, praeter iuriſconſultos, au
ctor ad Herennium lib. I. & Cicero Rethoricωn ſecundo teſtantur. Ac de heredi-
tate quidem: SI PATERFA. INTESTATO MORITVR, FAMI-
LIA PECVNIAQVE EIVS AGNATORVM GENTILIVMQVE
ESTO. De tutela uero: SI FVRIOSVS EST, AGNATVM GENTI-
LIVMQVE IN EO PECVNIAQVE EIVS POTESTAS ESTO.
Haec autem iura quae communia eſſe diximus, & ſiqua ſunt alia in Iuriſconſulto
rum libris, Scaeuola capitis deminutione amitti ſcribit. Ergo neq. adoleſcens ille,
quem M'. Curius Cos. cum ad delectum non reſpondiſſet, una cum bonis haſtae ſubie
cit: aut ſi quem pater filium populuſue incenſum uendidit, gentiles ſunt. Neq. etiã
Q. Fabius & P. Cornelius Aimiliani, quorum alter in Fabiam, alter in Corneliam
gentem adoptione tranſiit, Aimiliorum ſunt gentiles: illi enim maxima, hi media ca
pitis deminutione, & gentilitatem, & iura gentilicia amiſerunt. Illi, quia ſerui fa-
cti, ciuitatem amiſerunt & libertatem; hi, quoniam adoptione, ſicut alias res innu
merabiles, (ut pro domo Cicero ſcribit) ſic hereditates, nominis, pecuniae, ſacro-
rum, in ea, in quam adoptati ſunt, familia adipiſcuntur. Eadem emãcipatorum cauſ
ſa eſt. Gentiles enim emancipatos liberos non eſſe, uel hinc apparet, quod cum
gentiles inteſtato patriſa. ſuccedant, emancipati L. X I I. Tab. neque tutelam legiti
mam, neq. inteſtatorum patrum hereditates acquirunt. Quae uero propria eſſe di-
ximus iura, ea ſacra ſunt gentilicia, quae anniuerſaria a gente certo in loco fierẽt.
Sic ſacra Herculis, Po itiae & Pinariae gentis ſunt propria, Veneris Iuliae, Pal
ladis Nautiae, Solis Aureliae, Ditis patris Valeriae. Sic Liuius libro V. Fa-
biam gẽtem in colle Quirinali Gabino cinctu ſacra feciſſe ſtatuta ſcribit. Hinc he-
reditates cum ſacris & ſine ſacris apud Plautum & Ciceronem: quae, ut ſacra con
ſeruarentur atq. poſteris proderentur, inuenta ſunt & conſtituta: quae quidem o-
mnia amittunt qui capite ſunt deminuti. Familiarum etiam propria quaedam ſunt
iura: ut illud quod de Poplicolis & Tubertis Cicero de Legibus II. & in Po-
plicola Plutarchus tradunt: quibus uirtutis cauſſa tributum eſt, ut in urbe ſepelirẽ
tur: quod eorum poſteri iure tenuerunt. Quamobrem qui gentiles ſunt, primum iu-
ra ea, quae gentium omnium communia, deinde quae propria cuiuſque gentis ſunt,
participant, & inter ſe communicant. Familia autem pars gentis eſt: & ut ex gen-
te Gentiles, ſic Familiares, auctore Feſto, ex familia primum dicti ſunt. Differt igi-
tur

tur a gente familia, quod gentis ut generis uniuerſi pars eſt familia. Gens enim mul
tas familias in ſe continet: familiae uero, cognomine diſtinguũtur, unde diuerſa cog
nomina, diuerſas familias conſtituunt. Nam in Iulia gente, alij Iulij ſunt, alij
Caeſares. Duae ergo Iuliae gentis familiae ſunt: una Iuliorum, altera Caeſarum.
Sic in Fabia, Vibulani, Ambuſti, Maximi, Pictores: in Furia, Fuſii, Medullini, Ca-
milli: in Quinctia, Capitolini, Barbati, Cincinnati, Flaminij; eademq. ratio eſt in reli
quis. Confirmat hanc noſtram opinionem, cum multorum, tum illa Liuij auctoritas,
quae eſt lib. XXXIIX. ubi ait, P. Scipio Naſica orationem habuit plenam ueris de
coribus, non communiter Corneliae gentis, ſed propriae familiae ſuae: unde etiam
conſtat nomen ad gentem, cognomen ad familiam referri. Atq. haec quidem ad Iu-
riſconſultos, Romanos, inquam, Iuriſconſultos diſputatio pertinet, qui diſcernere
familiam a gente, cum de hereditatibus, & tutelis agitur, debent. Praeclare e-
nim apud Ciceronem Craſſus, cum Iuris ciuilis ſcientiam oratori neceſſariam pro-
bare uult. Quid, inquit, qua de re inter Marcellos & Claudios centumuiri iudica-
runt? cum Marcelli ab liberti filio ſtirpe Claudij patricij eiuſdem nominis heredi-
tatem gente ad ſe rediſſe dicerent, nonne in ea cauſſa fuit oratoribus, de toto ſtirpis
& gentilitatis iure dicendũ? Satis nunc, opinor, conſtat gentium Romanarum ori-
go, et progreſſio, et quid gens ſit, quidue familia: ſupereſt, ut de patricijs et plebeijs
familijs agamus. Romulus (ut Dionyſius & Plutarchus ſcribunt) in duas partes
populum uniuerſum diſtribuit. Nam qui genere, opibus potentia, auctoritate plu-
rimum poſſent, rerumque geſtarum gloria excellerent, eos Senatores conſtituit, &
Patres, honoris atque uirtutis cauſſa, appellauit: reliquos uero qui rebus omnibus
inferiores eſſent, egentes, & inopes, Plebeios, illos rempublicam adminiſtrare, ma-
giſtratus gerere, auſpicia, ſacra obire; hos, agros colere, & quaeſtuoſis artibus ope
ram dare: illos patronos, hos clientes eſſe uoluit. Variae ſunt ueterum opiniones,
quare Patres primo Romulus appellarit. Nam alij, (ut Liuius & Plutarchus)
quod patrem ciere poſſent, Patres dictos exiſtimant: alij uero, (quorum ſentẽtiae
accedit Dionyſius) quod aetate & generis ſplendore ceteris antecellerent. Et hi
quidem, mea ſententia, firmiorem partem ſequi uidentur: quae tamẽ res, cum pa-
rum momenti habeat, facit ne nimis diligenter inquirenda eſſe uideatur. Perſpi-
cuum enim eſt, etiam ſi cauſſa ignoretur, conſtatq. inter omnes, centum Senatores,
quos Romulus primum publici conſilij cauſſa conſtituit, patres, eorumque proge-
niem patricios eſſe dictos. Qua in re, ſi ea, quae in ueterum monumentis ueriſſimis
certiſſimiſque teſtimonijs ad poſteritatis memoriam conſignata ſunt, explicare at
que excutere uelimus, deprehendemus origine primum, deinde cooptatione patri-
cios fieri ſolitos. Origine, qui a centum Romuli Senatoribus originem ducunt, ut
Iunij, Valerij, Fabij, de quibus iam diximus. Cooptatione autem, qui uel a ceteris
regibus, uel Senatuſconſulto, uel lege ad populum lata, in ordinem patriciorum co
optati sũt. Etenim a Pompilio rege Numa Marcius adſcitus in patriciorum nume
rum eſt: et Iulij, Quinctilij, Seruilij, Geganij, Curiatij, a Tullo Hoſtilio: a Ser Tullio
Octauij. Senatuſconſulto etiam patriciorum cooptationẽ fieri ſolitam, teſtis eſt gẽs
Claudia, cum a Senatu, cum ex Sabinis in urbem migraſſet, inter patricios alle-
ctam,

*ctam, Liuius, Dionyſius, & Tacitus teſtantur. Lege uero, ut qui lege Iunia a L.
Bruto, lege Caſſia a Caeſare, & lege Sentia ab Auguſto, in patriciorum ordinem
lecti ſunt: cuius rei Suetonius auctor eſt, & libro* XI. *Tacitus. Iiſdem die-
bus, inquit, in numerum patriciorum adſciuit Caeſar uetuſtiſſimum quemque e Se
natu, aut quibus clari parentes fuerant, paucis iam reliquis familiarum, quas Ro
mulus maiorum, & L. Brutus minorum gentium appellarunt, exhauſtis etiam
quas Dictator lege Caſſia, & princeps Auguſtus lege Brutia ſublegere. atque hi
Patricij ſunt, unde patriciae familiae, & maiorum & minorum gentium patricij
nominati ſunt. Quos enim Romulus & ceteri reges patricios legerunt uſque ad
Tarquinium Priſcum, (ſi quidem Liuij ſententiam ſequamur) ij maiorum gentium:
quos uero Brutus exactis regibus, ij minorum gentium patricij appellantur. Liuius
hos Patres conſcriptos libro ſecundo nominat. Deinde, inquit, quo plus uirium in
Senatu frequentia ordinis faceret, caedibus regnum deminutum patrum numerum,
primoribus equeſtris gradus lectis, ad trecentorum ſummam expleuit: traditum-
que inde fertur, ut in Senatum uocarentur, qui Patres quique conſcripti eſſent;
conſcriptos uidelicet, in nouum Senatum appellabant lectos. Sic Feſtus libro* III.
*Conſcripti dicebantur qui ex equeſtri ordine patribus adſcribebantur, ut nu-
merus Senatorum expleretur. Minorum igitur gentium patricij ſunt Octauij, Clau
dij, Papirij: de quibus ſic Cicero lib. Epiſtolarum IX. Sed tamen, mi Paete, qui tibi
in mentem uenit negare Papirium quemquam umquam niſi plebeium fuiſſe? Fue-
runt enim patricij minorum gentium. Reliquae familiae plebeiae ſunt, abiectae il-
lae quidem primis temporibus, & contemptae: mox ubi connubia, ſacra, auſpicia,
cum plebeiis, ſacratis legibus, communicata ſunt: ubi ſecures, ſellam curulem,
triumphos adepti, non iam de honore cum Patribus, ſed rerum praeclare geſta-
rum, deuictarum gentium, expugnatarum urbium, bene feliciterque adminiſtra-
tae reipublicae gloria & laude certarunt, ſummam amplitudinem, ſummam di-
gnitatem, memoriam nominis immortalem conſecutae ſunt. Praeclara res, egre-
gium uirtutis certamen, quod in imperio atque publica dignitate & debet & ſo-
let ualere plurimum. Vna enim eademque ad uirtutem uia patet omnibus: trahi-
mur omnes laudis ſtudio, & natura ad gloriam impellimur, neque inuidere debe-
mus ijs, a quibus gloria aliqua iuſta & merita prouocamur. Tales fuerunt Lici-
nij, Marcelli, Decij, Metelli, & complures alij, quorum opera, induſtria, uirtute
populus Romanus in otio, in bello, uſus eſt cum maxima laude, tum maiori emolu-
mento.*



PROCAS. SILVIVS. XV. LATINORVM REX. REGNAVIT. ANN. XXIII. Caſſiodorus. Liuius. Dionyſius libro I.

NVMITOR. SILVII. F. Regno a Fr. Amulio ſpoliatus, eo occiſo reſtituitur in regnum a Romulo. Caſſiodorus. Liuius. Dionyſ.

AMVLIVS. SILVII. F. Regnum quod Fr. deberetur ſeniori, ui occupauit, regnauit ANN. XLII. a Romulo & Remo Frr. occiſus eſt. Caſſiodorus. Liuius. Dionyſius.

I

ILIA, quae & RHEA, & SILVIA dicitur. NVMITORIS. F. SILVII. N. Virgo Veſtalis, VII. regis Amulii anno ui compreſſa geminos edidit. Ipſa uiua ſub terram regis iuſſu defoſſa eſt. Liuius. Dionyſius.

ROMVLVS. QVIRINVS MART. F. IOV. N. ALTELLVS PRIMVS. ROM. REX. Vrbem Romam condidit. C. Senatores publici conſilii cauſſa conſtituit. De Caeninenſibus, Antemnatibus, Camerineis, Fidenatibus, & Veientibus triumphauit, opimaq. ſpolia Acrone Caeninenſium rege interfecto Ioui Feretrio primus ſuſpendit. REGNAVIT. ANN. XXXVI M. II. D. XIIX. Nonis Quinctilibus ad Capreae paludem deſiit apparere. Liuius I. Dionyſius II. Plutarchus in uita. Strabo libro V. Velleius I. Oroſius lib. II. cap. IV. Iuſtinus lib. XLIII. Caſſiodorus. Eutropius. Virgilius lib. VI. Cicero officiorum III. Fabius Pictor lib. II.

REMVS. QVIRINVS. MART. F. IOV. N. Auſpiciis a Romulo uictus, mox in proelio, ut tradit Dionyſius, cecidit: uel, ut alii, cum muros urbis, quos ſanctos Romulus ſanxerat, tranſſcendiſſet, a fratre eſt interfectus. Liuius I. Dionyſius II. Plutarchus in Romulo.

AOLIVS. QVI. POSTEA ALBILIVS. APP. EST. QVIRINVS. ROM. F. MART. N. Auctor Zenodotus teſte Plutarcho. Dionyſius tamen, & eum ſecutus Plutarchus, ſine liberis deceſſiſſe tradunt.

PRIMA. QVIRINA. ROMVLI F. MART. N.



# POMPILIA. GENS

POMPONIVS. VEL. POMPO Homo in primis nobilis & clarus, urbe Sabinorum fuit, auctore Plutarcho.

I

NVMA. POMPILIVS. POMPONII F. SABINVS. REX. ROM. II. Populi ſuffragio creatus, ex Sabinis in urbem migrauit, imperium inuitus aſſumpſit: pacis, otii, tranquillitatis ſtudioſiſſimus, ſacra, caerimonias, omnemq. deorum cultum Romanos docuit. Vixit ad ſummam ſenectutem. REGN. ANN. XLIII. Liuius lib. I. & IV. Dionyſ. II. Plutarchus & Zonaras. Cicero de Diuinat. I. & pro Sulla. Eutropius I. Strabo lib. VI. Plinius lib. XXXIV. cap. VII.

POMPILIA NVMAE. F. POMPONI. N. Anco Marcio nupſit.

I

ANCVS MARCIVS POMPILIAE ET. MARCII. F. NVMAE. N. QVI POSTEA. REX ROM. IV. creatus eſt.

POMPO POMPILIVS. NVMAE. F. POMPONI N. A quo Pomponia.

PINVS POMPILIVS. NVMAE. F. POMPONI. N. A quo gens Pinaria.

CALPVS POMPILIVS. NVMAE. F. POMPONI. N. A quo gens Calpurnia.

MAMERCVS POMPILIVS NVMAE. F. POMPONI. N. A quo Aimilia gens originem ducit. Plutarchus in Numa. Feſtus.

# HOSTILIA . GENS

*HOSTILIVS. Ex urbe Medullia Romam migrauit. Erſilae filiam ſibi deſpondit. Huius bello Sabino clara pugna in inferiori arce fuit. Plutarch. in Romulo.

I

HOSTVS . HOSTILIVS. HOSTILII . F. Quod primus in hoſtico natus ſit, Hoſtus app. eſt. A Romulo bulla aurea ac praetextae inſignibus decoratus. Macrobius lib. Saturn. I.

I

TVLLVS . HOSTILIVS . HOSTI . F. HOSTILII . N. TERT . ROM . REX. Natura ferociſſimus, bellator fortiſſimus, ſummus imperator: bella tria geſſit, Albanum, Fidenum, Sabinum. Fulmine ictus cum domo conflagrauit, cum regnaſſet ANN. XXXII. Caſſiodorus. Liuius. Dionyſius lib. III. Plinus lib. II. cap. LIII. & lib. XXIIX. cap. II. Virgilius lib. IIX. Valerius lib. VII. cap. IV. & IX. cap. XII.

# PATRICIAE GENTES

# SILVIA. GENS

SILVIAE gentis tres omnino familias in ueterum annalium monumentis reperio. Quarum prima Aeneae eſt, qui Anchiſe patre natus, poſt mortem Latini ſoceri, Latinorum regnum obtinuit. Hic duos reliquit filios ſuperſtites, Aſcanium Creuſa matre, Ilio adhuc incolumi natum, & Siluium Latini regis ex Lauinia filia nepotem. Aeneae in regno ſuccesſit Aſcanius maior natu filius. Aſcanio Siluius Fr. excluſo Iulo Aſcanii F. quem Iulii gentis ſuæ auctorem, & familiae principem nuncupant. Siluio autem Aeneas Siluius ſucceſſit: Aeneae Latinus Siluius, Lauiniae & Melampodis filius, Siluii primi frater uterinus. Haec prima Latinorum regum familia eſt. Altera Albae Siluii traditur ab antiquis. ex Alba Atis ortus eſt, Ati Capis, Capi Capetus, Capeto Tiberinus, Tiberino Agrippa, cui Romulus filius, Romulo Auentinus in regni hereditatẽ ſucceſſit. Hinc tertia familia initium ſumpſit, ubi ad Procam Siluium Latinorum regnum translatum eſt, a quo rerum Romanarum auctores hiſtoriam ſuam paene omnes exordiũtur. Proca filios habuit Numitorem & Amulium. Amulius regnum ui occupauit, quo occiſo Numitor in regnum eſt reſtitutus, auus maternus Romuli & Remi. Haec fere tradunt Dionyſ. Halicarnaſſeus, Liuius, Virgilius, & reliqui quaſi mi-

norum gentium hiſtorici, Velleius Paterculus, Meſſalla Coruinus, Caſſiodorus, Oroſius, Zonaras. Gentem hanc, Siluiam appellauimus, non tam ex conſuetudine aliarum gentium Romanarum, quam quod antiquitati aliquid hac in re concedendum arbitraremur. Licet enim incertum Romuli & Remi paternum genus ſit, maternum tamen ad Latinorum reges antiqui retulerunt, quos libenter ſecuti ſumus.



# MARCIA. GENS

MARCIVS* Sabinus Numam ad regnum ſuſcipiendum hortatus, cum eo Romam migrauit. In Senatum lectus a Numa, PRIMVS PONT. MAX. creatus eſt. Plutarchus in Numa. Liuius. Dionyſius.

I

NVMA. MARCIVS. MARCII. F.* N. in matrimonium accepit Pompiliam Numae regis filiam, a Tullo Hoſtilio rege PRAEF. VRBI eſt creatus. Tacitus lib. v.

I

ANCVS. MARCIVS. NVMAE. F. MARCII N. ROM. REX. IV. Septem bella feliciter geſſit, de Veientibus Latinis triumph. REGN. ANN. XXIV. Dionyſ. lib. III. Liuius. Caſſiodorus. Eutropius.

*MARCIVS. ANCI. F. NVMAE. N. & *MARCIVS. ANCI F. NVMAE. N. Cum L. Tarquinium Priſcum regem interfeciſſent, a Ser. Tullo in exſilium acti ſunt. Liuius. Dionyſius.

# TVLLIA . GENS

TVLLIVS . CORNICVLANVS, pro patria dimicans, quae a Tarquinio Priſco rege oppugnabatur, cecidit, relicta Ocriſia uxore grauida, quam captam rex Tanaquili uxori donauit.

I

SER . TVLLIVS . TVLLII . F. In ſeruitute apud regem Tarquinium natus, unde etiam Seruius dictus eſt, corroborata aetate gener regi adſcitus, eo a Marciis occiſo, hortatu ſocrus regnũ ſuſcepit, & VI. ROM. REX creatus eſt. Luſtrum inſtituit. cum Etruſcis ANN. XX. bellum geſſit. de iis tertium triumph. occiſus eſt a Tarquinio Superbo, cum regnaſſet ANN. XLIV. Liuius. Dionyſius lib. IV. Caſſiodorus. Eutrop. Varro de lingua Lat. IV. & V. Plinius lib. XXXIII. cap. III. & XXXVI. cap. XXVII.

TVLLIA. SER. F. TVLLII N. Arunti Tarquinio nupſit, quem fratris inſidiis interfecit, cui etiam poſt mariti caedem nupſit. Liuius. Dionyſ. lib. IV. Varro de lingua Lat. lib. IV.

TVLLIA . SER . F. TVLLII . N. uxor Tarquinii Superbi, mariti, & ſororis inſidiis periit. Liuius. Dionyſius. Plinius lib. XXXVI.



# TARQVINIA . GENS

DAMARATVS Corinthius, homo locuples in primis, & honeſtus, armis ciuilibus in exſiliũ pulſus, Tarquinios Corintho fugit, ibiq. ſuarum fortunarum ſedem conſtituit. Cauſſam exſilij hanc Liuius aufert libro I. Cicero uero Tuſculana diſputatione V. & in III. Antiquitat. Dionyſius, Corintho Damaratum, quod Cypſelum tyrannum ferre non poſſet, profugiſſe ſcribunt: quorum ſententiae Plinius cap. III. libri XXXV. ſubſcribere uidetur. Duxit autem uxorem Tarquiniis nobilem & ſummo loco natam, ex qua duos ſuſcepit filios, quorum alterum Aruntem, Lucumonem alterum Etruſco more nominauit. Et Aruns quidem uiuo patre mortuus eſt, quem Damaratus pater paullo poſt, cum aetate & corporis morbo, tum animi doloribus ex morte filii confectus, ſecutus eſt. Lucumo uero ex aſſe heres a patre, praeterito poſtumo inſtitutus, ubi locum inter ſuos honeſtum tenere non poſſet, Romam cum uniuerſa familia & uxore Tanaquili eſt profectus; commutatoq. nomine pro Lucumone L. Tarquinius dici uoluit: ab Anco deinde rege in Patriciorum ac Senatorum ordinem adſcitus, mox rex Romanorum creatus eſt. Haec ſunt breuiter, quae de gentis Tarquiniae origine ueteres tradidere. Magna autem opinionum uarietas eſt & diſſenſio eorum,

qui genealogiam Tarquiniorum ſcripſerunt. Fabius enim Pictor Tarquinium Colatinum Egerii F. appellat, Dionyſius nepotem eſſe contendit. Sic Liuius Tarquinium Superbum Priſci F. Damarati nepotem fuiſſe ſcribit. Dionyſius eundem Damarati nepotem eſſe probat. Libenter autem aſſentior Halicarnaſſeo, auctori rerum Romanarum, iudicio doctiſſimorum hominum, cum primis bono & religioſo. Vtcumque autem ſe res habeat, apparet certe Pomponij I C erratum, qui in L. ii. D. de origine iuris ſic ſcribit, Qui fuit illis temporibus quibus Tarquinius Superbus Damarati filius: cum nepos ſit, ſi Liuio; ſi Dionyſio credimus, pronepos. Neque enim id quod Z. Iuriſconſultorum illius aetatis facile princeps, cui ſuffragari uidetur Alciatus, ſcribit, filii appellatione nepotem contineri, locum hoc in genere ullum habet. Nam ut illud omittam, quod ſaepe ne in Iure quidem ciuili hoc uerum eſt, quis non uidet hiſtoriae ſcriptionem ab iſto ſubtilitatis genere plane alienam eſſe, in qua ſolida & expreſſa rei effigies deſideratur, nec fictis & adumbratis rebus loci quidquam eſſe poteſt?



DAMARATVS. CORINTHIVS

Corintho patria per ſeditionem pulſus, Tarquinijs fortunas ſuas conſtituit. Cicero, Tuſculana V. Liuius. Dionyſ. lib. III. Plinius lib. XXXV. cap. III.

ARVNS. DAMARATI. F. * N. ſuperſtite patre moritur. Dionyſ. lib. III.

I

ARVNS. EGERIVS. ARVNT. F. DAMARATI. N. Poſt patris mortem natus, ab auo in teſtamento praeteritus, ob inopiam & egeſtatem, cum totam hereditatem patruus occupaſſet, Egerius dictus eſt. Dionyſ. lib. III.

I

ARVNS. TARQVINIVS ARVNT. F. ARVNT. N. Hunc Tarquinius Priſcus Collatinis praefecit, unde Collatinus app. eſt. Qui tabulas Capitolinas reſtituunt, L. appellant. Ego Dionyſium locupletiſs. auctorem ſequar, qui Aruntem lib. III. appellat.

I

L. TARQVINIVS. ARVNT. F. ARVNT. N. COLLATINVS, cuius uxori Lucretiae Sex. Tarquinius ſtuprum nefarium intulit. Creatus Cos. cum L. Bruto ANN. P. R. C. CCXLIV. Coactus a collega abd. Lauinium, ueterem Latinorum patriam, profectus, ſenex ibi admodũ mortuus eſt. Dionyſ. lib. V. Liuius lib. II. Plutarchus in Poplicola, Cicero in Bruto.

LVCVMO. DAMARATI F. * N. Ex aſſe a patre heres inſtitutus, cum remp. inter ſuos ciues tractare uellet, & ne inter mediocres quidem locum obtinere poſſet, Romam migrauit, & mutato nomine L. TARQVINIVS. PRISCVS. APP. E. Ab Anco Marcio in Patriciorum ac Senatorum numerum cooptatus, eo mortuo REX ROM. V. creatus eſt. Secundus hic peregrinus rex Romae regnauit: de Latinis, Etruſcis, Sabinis triumph. REGN. ANN. XXXIIX. Occiſus eſt a duobus Anci Marcij regis FF. Liuius lib. I. & IV. Dionyſ. lib. III. Cicero pro Sulla. de Legibus, & Diuinatione I. Plinius lib. XXXIII. cap. IV. & lib. XXXVI. cap. XV.

TARQVINIA quae Ser. Tullo regi nupſit.

TARQVINIA uxor M. Iunij.

L. TARQVINIVS. L. F. DAMARATI. N. Annos natus XIV. hoſtem in proelio occidit, a patre triumph. ornamentis militaribus & aurea bulla decoratus eſt. Viuente adhuc patre mortuus eſt. Macrob. lib. Saturn. I. Idem tradit Plinius lib. XXXIII. c. I. Huncpraeteriit Liuius, conſulto, necne, incertum.

L. TARQVINIVS. L. F. L. N. SVPERBVS VII. ROM. REX. Volſcos & Sabinos bello uicit, regum omnium crudeliſſimus. A Iunio Bruto propter Lucretiae ſtuprum a Sex. F. illatum, regno cũ filiis pulſus eſt. Bella inde cum Romanis complura geſſit. Et cum nec Veientium, nec Latinorũ armis in regnum reſtitui poſſet, Cumas ſe contulit, inq. ea urbe ſenio & aegritudine eſt confectus. Mortuus eſt Ap. Claudio, P. Seruilio Cos. Liuius I. & II. Dionyſ. IV. V. VI. Cicero Tuſculana III. in Laelio, ad Attic. IX. Virgilius lib. VI.

ARVNS. TARQVINIVS. L. F. L. N. Duxit uxorem Ser. Tullij regis filiã. Fraude uxoris a fratre occiſus eſt. Liuius. Dionyſ. lib. IV.

L. TARQVINIVS. L. F. L. N. SVPERBVS. Bello Latino, quod ultimũ Tarquinii cũ Romanis geſſerunt, in acie fortiter pugnans cecidit. Dionyſ. lib. VI. Liuius II.

SEX. TARQVINIVS. L. F. L. N. SVPERBVS. Lucretiae ſtuprum nefarium intulit. Bello Latino in acie occiſus eſt. Liuius II. Dionyſius VI. Cicero de Legibus I.

ARVNS TARQVINIVS L. F. L. N. SVPERBVS. A Bruto Coſ. eſt in acie occiſus. Liuius lib. II. Dionyſius V. Valerius lib. V. cap. VI.

TARQVINIA Octauio Mamilio Tuſculano duci nupſit. Dionyſius lib. IV.



# FABIA. GENS

QVI FABIAE gentis ortum a capite repetunt, ad Aborigines primos Latij populos originem generis, ſtirpem ad Fabium Herculis filium referunt. Hercules enim is, qui Ioue natus dicitur, a Graecis ad Romanos, & uſque ad Oceanum peruagatus, multis gentibus ac familiis initia & quaſi ſemina ſui generis dedit. Hinc etiam Fabia gens ampliſſima & clariſſima, multisq. ſpectata & nobilitata uirtutibus, principem & auctorem ſuae gentis Fabium Herculis F. nuncupabat, ut ſcribit Plutarchus in Maximo. Habuit haec gens familias praecipuas quattuor. Prima eorum eſt, qui Vibulani; altera, qui Ambuſti; tertia, qui Maximi; poſtrema, eorum, qui Pictores nominati ſunt. Vibulani, a Vibone fortaſſis opido, quod in Bruttiis condidit Hercules. Ambuſti, auctore Feſto, dicti ſunt a Fabio Eburno, quod fulmine ambuſtus ſit. Maximi, a Q. Fabio Rulliano, qui Cenſor cum P. Decio, omnem forenſem turbam ſecretam in quattuor tribus coniecit, Vrbanasq. eas appellauit. quae res adeo gratis animis accepta eſt, ut Maximi cognomen, quod tot uictoriis non pepererat, hac temperatione ordinum adeptus ſit. Liuius lib. IX. Pictores autem dicti ſunt a Q. Fabio C. F. qui primus aedem Salutis pinxit. Plinius lib. XXXV. c. IV. De ſacris gentiliciis Fabiae gentis nihil adhuc comperti

habeo,

habeo, niſi illud, quod Liuius v. & Valerius I. Fabios in colle Quirinali Gabino cinctu ſacra feciſſe ſtatuta & anniuerſaria tradunt: quae res ad iuris communionem cuiuſque gentis pertinet. Hic lubet monumentum Q. Fabii Maximi ſubiicere: quod & in reliquis gentium deſcriptionibus, ſi qua forte occurrant inſignia, faciundum exiſtimaui.

Q. FABIVS. MAXIMVS
DICTATOR. BIS. COS. V. CENSOR
INTERREX. II. AED. CVR. Q. II
TR. M. II. PONTIFEX. AVGVR
PRIMO. CONSVLATV. LIGVRES. SVBEGIT
EX. HIS. TRIVMPHAVIT. TERTIO. ET. QVARTO
HANNIBALEM. COMPLVRIB. VICTORIIS. FEROCEM
SVBSEQVENDO. COERCVIT. DICTATOR
MAGISTRO. EQVITVM. MINVCIO
QVOIVS. POPVLVS. IMPERIVM
CVM. DICTATORIS. IMPERIO. AEQVAVERAT
EXERCITV. PROFLIGATO. SVBVENIT
ET. EO. NOMINE. AB. EXERCITV. MINVCIANO
PATER. APPELLATVS. EST
CONSVL. V. TARENTVM. CEPIT. TRIVMPHAVIT
DVX. AETATIS. SVAE. CAVTISSIMVS
ET. REI. MILITARIS. PERITISSIMVS
HABITVS. EST
PRINCEPS. IN. SENATVM. DVOB. LVSTRIS. LECTVS. EST



K. FABIVS. *F. *N. VIBVLANVS

K. FABIVS. K. F. *N. VIBVLANVS QVAESTOR. SP. Caſſium regnum appetentem, & occupare uolentem accuſauit. COS. cum L. Aimilio. ANN. CCLXIX. COS. II. cum Sp. Furio. ANN. CCLXXII. COS. III cum T. Virginio. ANN. CCLXXIV. Caſſiodorus. Dionyſius lib. IIX. & IX. Liuius lib. II.

M. FABIVS K. F. *VIBVLANVS. COS. cũ L. Valerio. ANN. CCLXX. Caſſiodorus. Dionyſius lib. IIX. Diodorus lib. XI. COS. II. cum Cn. Manlio. ANN. CCLXXIII. Caſſiodorus. Dionyſius Diodorus. Valerius lib. v. cap. v.

I

Q. FABIVS. M. F. K. N. VIBVLANVS. Qui ſolus ex CCCVI. Fabijs ad Cremeram caeſis ſuperſtes fuit. COS. cũ Ti. Aimilio. ANN. CCXXCVI. Caſſiodorus. Liuius lib. IX. Diodorus XI. COS. II. cũ T. Quinctio. ANN. CCXXCVII. COS. III. cum L. Cornelio. ANN. CCXCIV. XVIR. LL. SCRIBEND. C. ANN. CCCIII. Dionyſ. lib. x. Liuius III. Diodorus XII.

Q. FABIVS. K. F *N. VIBVLANVS COS. cum Ser. Cornelio. ANN. CCLXIIX. Caſſiodorus. Dionyſius lib. IIX. Liuius II. COS. II. cũ C. Iulio. ANN. CCLXXI. COS. III. cum L. Cornelio. ANN. CCCXCIV. In proelio, Fabio, Manlio Coſs. cecidit. Liuius. Dionyſ. x. Valeriuslib. v.

Q. FABIVS. Q. F. M. N. VIBVLANVS. COS. cum C. Sempronio. ANN. CCCXXX. Liuius lib. IV. TR. MIL. AN. CCCXXXVI. TR. MIL. II. ANN. CCCXXXIX. Liuius lib. IV.

M. FABIVS. Q. F. M. N. VIBVLANVS COS. cum Poſtumo AEbutio. ANN. CCCXI. TR. MIL. ANN. CCCXX. Liuius lib. IV.

A

N. FABIVS. Q. F. M. N. VIBVLANVS. COS. cum T. Quinctio. ANN. CCCXXXII. TR. MIL. ANN. CCCXXXIIX. TR. MIL. II. ANN. CCCXLVI. Liuius lib. IV. Quare Numerius hic nominatus ſit, docet Feſtus lib. XII.

Q. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS cos.cum C. Furio ANN. CCCXLI Liuius lib. IV, TR. MIL. AN. CCCLXII. Liuius libr. V.

N.FABIVS.M.F.Q.N. AMBVSTVS. Quaeſtor. Cornelio, Furio COSS, TR. MIL. ANN. CCCXLVII. Liuius lib. IV. TR. MIL. II. ANN. CCCLXIII. Liuius V.

I

M. FABIVS. N.F.M. N. AMBVSTVS. COS. cum C. Poetelio. ANN. CCCXCIII. Caſſiodorus. Liuius lib. VII. Diodorus XVI. Hernicis deuictis ouans urbẽ eſt ingreſſus. COS. II. cum M. Popillio, ANN. CCCXCVII. Caſſiodorus. Faliſcos & Tarquinienſes uicit. COS. III. cum T. Quinctio. ANN. CCCXCIX. DICT. R. G. C. ANN. CDII. Liuius lib. VII. CENS. meminit Valerius lib. II. CENS. cum M. Popillio. ANN. CDVII.

K. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS. TR. MIL. ANN. CCCXLIX. Liuius lib. IV. TR. II. AN. CCCLII. TR. III. AN. CCCLIIX. TR. MIL. IV. AN. CCCLXIII. Liuius lib. V.

I

M. FABIVS. K. F. M. N. AMBVSTVS. TR. MIL. ANN. CCCLXXIII. TR. II. ANN. CCCXXCIV. Liuius lib. VI. CENS. cum L. Furio. AN. CCCXC.

M. FABIVS. M. F. K. N. AMBVSTVS. COS. cum C. Plautio. ANN. CCCXCV. Caſſiod. Liuius VII. Diodorus XV. INTERREX. AN. CCCXCIIX. Idem.

Q. FABIVS M. F. K. N. AMBVSTVS. MAG. EQ. ANN. CDIX. Liuius lib. VII.

I

Q. FABIVS Q. F. M. N. AMBVSTVS. DICT. COMIT. HABEND. C. AN. CDXXXII. Liuius IX.

M. FABIVS. M. F. N. N. AMBVSTVS MAG. EQ. A. Cornelio DIC. ANN. CDXXXI. Liuius lib. IIX.

a

Q. FABIVS M. F. N. N. MAXIMVS. RVLLIANVS. MAG. EQ. L. Papirio Dict. ANN. CDXXIX. Cum abſente Dictatore cum Samnitibus proſpere pugnaſſet, coactus a Dict.

b

C. FABIVS. M. F. N. N. AMBVSTVS MAG. E. Q. Q. Fabio Dict. ANN. CDXXXIIX. Liuius lib. IX.

Q. FABIVS. C. F. M. N. PICTOR

c

N. FABIVS

d

M. FABIVS

e



a

I

N. FABIVS M. F. M. N. EVTEO. COS. cũ L. Caecilio. AN. DVI. Caſſiodor. COS. II. cum C. Atilio. AN. DIIX. Caſſiodor. Velleius lib. I. CENS. cum Q. Aurelio. AN. DXII. MAG. EQ. L. Caecilio Dict. AN. DXXIX. DICT. SENAT. LEGEND. C. AN. DXXXVII. Liuius lib. XXIII.

b

abd. Liuius lib. IIX. Valerius lib. II. Eutropius II. Plinius lib. VII. cap. IV. COS. cum L. Fuluio. AN. CDXXXI. Caſſiodor. Liuius lib. IIX. COS. II. cum C. Marcio. AN. CDXLIII. Caſſiodor. Liuius. Diodorus lib. XX. COS. III. cũ P. Decio. AN. CDXLV. Liuius lib. IX. Diodorus XX. CENS. cum P. Decio. ANN. CDXLIX. IN. HOC. HONORE. MAXVMVS. E. APP. Liuius. Valerius lib. II. DICT. II. AN. CDLI. COS. IV. cum P. Decio. ANN. CDLVI. COS. V. cum P. Decio. ANN. CDLIIX. Liuius libr. X.

c

COS. cum L. Quinctio. AN. CDXXCIV. Caſſiodor. Hiſtoriã ſcripſit. Iuris & litterarum & antiquitatis bene peritus dicitur a Cicerone in Bruto. ubi tamen Ser. Fabius corrupte legitur. meminit de legibus I. & de Orat. II. AEdẽ Salutis pinxit. Plinius lib. XXXV. c. V. Cicero Tuſculana I. Valerius lib. IIX. cap. XV.

I

Q. FABIVS. Q. F. C. N. PICTOR FL. QVIRINALIS inauguratus Fuluio, Mãlio Coſs. Liuius lib. XXXVII.

d

C. F. M. N. PICTOR. COS. cum P. Iunio. AN. CDXXCVII. Caſſiodorus.

e

C. F. M. N. COS. cum. Oracilio. AN. DVII Caſſiodorus.

I

Q. FABIVS. Q. F. M. N. GVRGES. AEdem Veneris dedicauit. Liuius lib. X. COS. cũ D. Iunio. AN. CDLXI. Caſſiodorus. cum male aduerſum Samnites pugnaſſet, & Senatus de remouendo eo ab exercitu ageret, Fabius pater deprecatus hanc ſibi ignominiam, iturum ſe legatum filio pollicitus eſt, eiusq. conſilijs adiutus filius caeſis Samnitibus triumph. Epitoma XI. Eutropius lib. II.

I

Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXV. VERRVCOSSVS AVGVR. Cicero in Catone. COS. cum M. Pomponio. AN.

D XX. Caſsiodorus. Ligures uicit, deq. ijs triumphauit. Plutarch. Templum Virtutis & Honoris dedicauit. Cicero de Natura deorum II. CENS. cum M. Sempronio. AN. DXXIII. COS. II. cum Sp. Caruilio. AN. DXXV. Caſsiodorus. Cicero in Catone. DICT. R.G.C. AN. DXXXII. Vitio fact. abd. Valerius lib. I. DICT. II. AN. DXXXVI. Liuius XXII. Polyb. lib. III. Hannibalem cunctando uicit. Cicero Officiorum I. Virgilius VI. Valerius lib. V. cap. II. COS. III. cum Ti. Sempronio. AN. DXXXIIX. Liuius XXIII. COS. IV. cum M. Claudio. AN. DXXXIX. Liuius XXIV. COS. V. cum Q. Fuluio. AN. DXLIV. Tarentũ cepit. Cicero in Catone, de Oratore II. Liuius lib. XXVII. Mortuus eſt exacta aetatis Seruilio Claudio COS. Liuius lib. XXX. Plinius in magiſtratu mortuum, lib. V. cap. LIII ſcribit. meminit Valerius cap. II. libri VI.

I

Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXVMVS. COS. cum Ti. Sempronio. AN. DXL. Liuius lib. XXIV. patre uiuo mortuus eſt. Cicero de natura deor. lib. III. Epiſtolarum IV. In Catone. quamquam ibi M. mendoſe ſcriptum eſt.

I

Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXVMVS. LABEO. FL. QVIRINALIS. Liuius lib. XXXVII. COS. cum M. Claudio. AN. DLXX. Caſsiodorus. Liuius lib. XXXIX. His Coſs. Hannibalem mortuum ſcribit Atticus, auctore Probo. meminit Cicero in Bruto.

Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXVMVS. AIMILIANVS COS. cum L. Hoſtilio. AN. DCIIX. Caſsiodorus Appianus in Hiſpanienſib. Cicero in Laelio.

I

Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXVM. AIMILIANVS. QVI POSTEA. ALLOBROGICVS R. APP. COS. cum L. Opimio, AN. DCXXXII. Caſsiodorus.

Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXVMVS. SERVILIANVS. COS. cum L. Metello. AN. DCXI. Caſsiodorus. Appianus. CENS. cum Q. Fuluio. AN. DCXVII.

I

Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXVMVS. EBVRNVS. COS. cum C. Licinio. AN. DCXXXVII. Caſsiodor. Hunc pullum Iouis propter candorem dictum, auctor eſt Feſtus,





Obſequens. Allobroges uicit, deq. iis triumph. Velleius lib. II. Cicero pro Fonteio, pro Murena. CENS. cum L. Calpurnio AN. DCXLIX. Hoc adoleſcente nihil magis infame, nihil eodẽ ſene ornatius illo ſaeculo fuiſſe, Valerius cap. IX. libri VI ſcribit.

I

Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXV. ALLOBROGICVS. Hunc perditam egiſſe uitam, ob eamq. cauſſam bonis illi paternis a Q. Pompeio PR. VRB. interdictum, Valerius lib. III. cap. V. teſtatur.

I

Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXVMVS. Caeſaris legatus in Hiſpania de Pompeio triumph. COS. cum C. Trebonio. AN. DCCIX. Caſsiodorus. In magiſtratu mortuus eſt. Dio lib. XLIII.

PAVLLVS. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXVMVS. COS. cum Q. AElio ANN. DCCXLII. Caſsiodorus. Dio lib. LIV. Plinius lib. IIX. cap. VII.

Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXV. AFRICANVS COS. cum Iulo Antonio. AN. DCCXLIII. Caſsiodorus. Dio lib. LIV.

# ANTONIA . GENS

ANTONIAM gentem antiquitatem ſui generis ad Antonem Herculis filium retuliſſe auctor eſt in Antonio Plutarchus: quod ipſum apud Appianum, libro de bellis ciuilibus tertio, his uerbis confirmat Auguſtus: Adoptaſſet, inquit, te Caeſar, Antoni, ſi ſciuiſſet aequo animo ex Heraclidarum gente tranſiturum ad Aeneadas. Secunda haec Aboriginum patricia gens eſt, nec praeterea ullam apud antiquos reperio. Familiae uero huius gentis duae ſunt. Vna Merendarum: altera, quod equidem ſciam, cognomine caret: quod in aliis quoque familiis animaduertere licet. Quamuis enim M. Antonium III. VIRI patrem, Plutarchus, Velleius & alii Creticum appellatum ſcribant, ſatis tamen conſtat, cognomen illud neque receptum eſſe, neque uſurpatũ a poſteris. Haec autem poſterior Antoniae gentis familia plebeia eſt. Tribunatum enim plebis M. Antonium geſſiſſe Plutarchus ſcribit: & C. Antonium, Ciceronis in Conſulatu collegam, Pedianus in ea contra Catilinam, plebeium nobilem appellat. Nos has familias coniunximus, quoniam unum eundemq. ortum habent, & tanquam ex eodem fonte fluxerunt. Fieri enim facile potuit, ut haec familia ad plebem tranſierit, ut Octauia & aliae complures.



T. ANTONIVS * F. * N. MERENDA
XVIR. L. L. SCRIBEND. C. ANN. CCCIII.
Dionyſius lib. x. Liuius lib. III.

I

Q. ANTONIVS. T. F. * N. MERENDA
TR. MIL. COS. POT. ANN. CCCXXXI.
Liuius lib. IV.

M. ANTONIVS. * MERENDA. MAG.
EQ. P. Cornelio Dict. ANN. CDXIX. Liuius IIX.

IACVIT. ANTONIA. GENS. SINE
MAGISTRATT. CVRVLIB. ANN. CCXXXVII.

M. ANTONIVS. * COS. cum A. Poſtumio. ANN. DCLIV. Caſſiodor. Gellius lib. IV. cap. VI. Plinius lib. IIX. cap. VII. CENS. cum L. Valerio. ANN. DCLVI. Gellius lib. XV. cap. XI. Valerius lib. VI. Bello ciuili Mariano occiſus eſt. Plutarch. in Mario. Cicero de Oratore III. & Tuſculana V. Paterculus II. Florus lib. III. cap. XXI. Lucanus lib. II. Hunc Cicero de Oratore II. & Accuſationis I. tabulas nunquam confeciſſe ſcribit, quod de Cretico perperam intellexiſſe uidetur Aſconius.

M. ANTONIVS. M. F. * N. QVI. POSTEA. CRETICVS. E. APP. PR. ANN. DCXXCII. Curator tuendae totius orae maritimae conſtitutus, bellum Cretenſibus intulit, a quibus turpiſſime uictus interiit. Epitoma LXXIX. & XCVII. Velleius II. Florus lib. III. cap. VII. Cicero Accuſatione III.

A

C. ANTONIVS. M. F. * N. Accuſatus a Caeſare adoleſcentulo quod Achaios ſpoliaſſet, teſtis Aſcon. in Catilinam. Plutarch. in Caeſare, hac in re tradenda uehementer eſt lapſus, ut cuiuis facile apparet. AEDILIS. CVR. Ludos ſcena argentea fecit. Plinius lib. XXXVII. cap. III. Cicero pro Murena. PR. ANN. DCXXCVII. COS. cum M. Tullio. ANN. DCXC. Catilinam proelio uicit, inde in Macedoniam profectus, ibi a Dardanis oppreſſus, amiſſo exercitu profu-

B

git. Romam reuerſus, a Coelio accuſatus, damnatus eſt. Epitoma CIII. Salluſtius in Catilin. Aſconius, Cicero pro Sextio, domo, Flacco, Coelio, in Vatinium. Iulius obſequens Eutropius lib. VI. Florus lib. IV. Appianus I.

A

M. ANTONIVS. M. F. M. N. AVGVR. Hirtius lib. IIX. de bello Gallico. QVAESTOR Caeſaris in Gallia. Idem. Cicero ad Attic. VI. & VII. Errat ergo Dio, qui li. XLV. Caeſari Propraetori in Hiſpania quaeſtorem fuiſſe ſcribit. TR. PL. Lentulo, Marcello Coſſ. Plutarch. Appian. II. MAG. EQ. C. Caeſari Dict. AN. DCCVI. COS. cum C. Caeſare ANN. DCCIX. Hoſtis a Senatu iudicatus, D. Brutum Mutinae obſedit. uictus ab Hirtio & Caeſare in Galliam confugit. M. Lepidum cum Legionibus ſibi iunxit. IIIVIR. R. P. C. in quinquennium, cum Caeſare & Lepido conſtitutus, proſcriptionem Sullanam renouauit. Brutum & Caſſium apud Philippos uicit. CENS. cum P. Sulpicio AN. DCCXI. COS. II. cum L. Scribonio. AN. DCCXIX. Parthis bellum intulit: duabus legionibus amiſſis, nulla re proſpere geſta, in Armeniā reuerſus eſt. Ab Auguſto ad Actium claſſe uictus Alexandriam profugit, ibiq. ſe ipſe interemit. Epitome CXVI. & ſequenti. Dio. Plutarch. Florus. Suetonius. Zonaras in Octauiano. Velleius. Cicero in Philipp. ad Atticum, VII. X. XIV. XVI. Virgil. lib. IIX. Appia. in Parthicis, & de bellis ciuilibus.

L. ANTONIVS. M. F. M. N. PIETAS TR. PL. AN. DCCIX. Dio lib. XLV. COS. cum P. Seruilio ANN. DCCXII. Caſſiodorus. ab Auguſto ad Peruſiam uictus, incolumis dimiſſus eſt. Epito. CXXVI. lib. XLIIX. Suetonius in Octauiano. Velleius lib. II. meminit Cicero Philipp. V. & VI.

C. ANTONIVS. M. F. M. N. PR. ANN. DCCIX. Dio li. XLV. ab Hortēſio iuſſu Bruti occiſus eſt. Epitoma CXXI. Plutarc. in Bruto, & Antonio. Dio li. XLVII. Appianus lib. V. meminit Cicero Philipp. X.

A

A

IVLVS. ANTONIVS. M. F. M. N. COS. cum Q. Fabio. AN. DCCXLIII. Caſſiodorus. Dio lib. LV. Adulter Iuliae Auguſt. F. ab Auguſto occiſus eſt. Suetonius de illuſt. Grāmat. Tacit. lib. IV. Velleius II.



I

L. ANTONIVS. IVLI. F. M. N. Hunc adoleſcentulum Auguſtus ſub ſpecie ſtudiorum ad ciuitatem Maſſilienſium, re uera in exſilium propter patris delictum miſit. Tacit. lib. IV.

D

# IVNIA. GENS

GENTIVM earum, quae à Troianis & Aenea ortae dicuntur, nobiliſſima omnium eſt Iunia, a Iunio Aeneae comite, ut Dionyſius lib. IV. ſcribit, ſic dicta. Haec cum in urbem una cum Romulo migraſſet, laude & gloria bellica ſub regibus floruit, uſque ad L. Brutum, qui regio dominatu populum Romanum liberauit, clariſſimus idem & poſtremus Iuniae gentis. Nam, ut Dionyſius lib. v. tradit, Brutus nullos reliquit liberos ſuperſtites, & qui ſequuntur Bruti, plebeij ſunt, non patricii. Aliter tamen ſenſiſſe uidetur Cicero, qui M. Brutum Caeſaris interfectorem L. Bruti gentilem appellat, Tuſculana IV. cum ait: Qui fuit in Italia iiſdem temporibus, quibus L. Brutus patriam liberauit, praeclarus auctor nobilitatis tuae. & Philippica I: Nihil dico, quis fuerit ille Brutus, qui & ipſe regio dominatu remp. liberauit: & ad ſimilem uirtutem, & ſimile factum ſtirpem in prope quingenteſimum annum propagauit. Idem in Bruto, Quis enim putet L. Bruto illi nobilitatis ueſtrae principi defuiſſe? Quod idem etiam ex ſententia Poſidonii Philoſophi Plutarchus ſcribit, qui tertium Iunii Bruti filium expertem coniurationis fuiſſe, ab eoq. gentem Iuniam propagatam tradidit. Grauiſſima Ciceronis hac in re debet eſſe auctoritas, magna etiam Poſi-





donij, & Plutarchi: Dionyſii tamen, qui multis ſententiam ſuam argumentis, exquiſitisq. rationibus, confirmat, meo quidem iudicio, uel grauiſſima. Neque enim quiſquam ex hac gente per annos CC. poſt exactos reges, magiſtratum Curulem geſſit: quod quidem certe in tam clara & nobili familia accidere potuiſſe, nulla ratione ut credam adduci poſſum. Et tribuit haec Cicero Bruto, homini amiciſſimo, non tam uere, quam ut pulcherrimum illud factum, quod pro libertate reip. geſſit, laudando extolleret: ac primo L. Brutum, deinde progeniem eius, populum Romanum a regibus liberaſſe ſignificaret.

M. IVNIVS. *F. *N. Tarquinii Priſci regis filiam Tarquiniam uxorem duxit. a Tarquinio Superbo occiſus eſt. Dionyſ. lib. IV.

M. IVNIVS M. F. *N. A Tarquinio cum patre occiditur. Dionyſius auctor.

L. IVNIVS. M. F. *N. BRVTVS, ſummam prudentiam ſimulatione ſtultitiae texit. Cum Sex. Tarquinius Lucretiae uim intuliſſet, populum Romanum ad libertatem recuperandam hortatus eſt, regem cum Tarquinia gente urbe expulit, ciuitatem, perpetuo dominatu liberatam, magiſtratibus annuis, legibus, iudiciisq. deuinxit. Collegae ſuo Tarquinio Collatino, quicum primus creatus Coſ. erat, ANN. P. R. C. CCXLIV. ut e ciuitate regalis nominis memoria tolleretur, imperium abrogauit. Bellum pro patria cum Tarquiniis & Latinis geſſit, atque in acie ab Arunte, regis Tarquinii F. occiſus eſt. Dionyſius lib. IV. & V. Liuius I. & II. Plutarchus in Poplicola. Cicero in Bruto, in Catone, Philippica I. Tuſculana I. & IV. Virgilius VI. Valerius lib. V. cap. VI. & lib. VII. cap. III. Velleius I. Eutropius. Caſſiodorus. Zonaras. alii.

T. IVNIVS. L. F. M. N. BRVTVS — T. IVNIVS. L. F. M. N. BRVTVS

A patre, propter coniurationem de reducendis in regnum Tarquiniis, ſecuri percuſſi ſunt. Dionyſius lib. V. Liuius lib. II. Valerius lib. V. cap. IIX. Plutarch. in Poplicola.

---



# SERGIA . GENS

SERGIA GENS a Sergeſto comite Aeneae. Virgilius V. Sergeſtusque, domus tenet a quo Sergia nomen. Floruit annis plus minus LXX.

M. SERGIVS. *F. *N. XVIR. LL. SCRIBEND. C. ANN. CCCIII. Dionyſ. lib. X. Liuius lib. III.

C. SERGIVS. C. F. *N. Quo de nihil accepimus.

L. SERGIVS. C. F. C. N. COS. cum M. Geganio. ANN. CCCXVI. Caſſiodorus. IN. HOC. HONORE FIDENAS. E. APP. Primus cum Veientium rege eis Anienem ſecundo proelio conflixit. Liuius lib. IV. TR. MIL. COS. POT. ANN. CCCXX. COS. II. cum Hoſto Lucretio. ANN. CCCXXIV. Caſſiodor. Diodorus lib. XI. TR. MIL. II. ANN. CCCXXIX. TR. MIL. III. ANN. CCCXXXV. Liuius lib. IV.

L. SERGIVS. L. F. C. N. FIDENAS. TR. MIL. ANN. CCCLVI. Liuius lib. V.

M. SERGIVS. L. F. C. N. FIDENAS. TR. MIL. ANN. CCCXLIX. Liuius lib. IV. TR. II. ANN. CCCLI. lib. V.

M. SERGIVS. M'. F. L. N. FIDENAS. Quaeſtor T. Quinctio Trogo capitis anquiſiuit. Varro de lingua Latina lib. V.

CN. SERGIVS. M'. F. L. N. FIDENAS. TR. MIL. ANN. CCCLXVII. TR. II. ANN. CCCLXXIV. Liuius lib. VI.

EX. HAC gente L. Sergius Catilina fuit, Salluſtio & Aſconio auctoribus. Homo, ut Cicero pro Coelio ſcribit, ex contrariis diuerſisq. inter ſe pugnantibus naturae ſtudiis cupiditatibusq. conflatus, in quo permulta maximarum, non expreſſa ſigna, ſed adumbrata uirtutum erant, quae multis maximisq. obſcurata & deformata uitiis eluceſcere nullo modo poterant. Accuſatus bis & abſolutus eſt. Ter Conſulatum petiit, bis repulſam tulit. In Senatum ſemel atque iterũ coniurauit. Qua de re uerbum non eram facturus, niſi a plerisque ita perturbari haec & confundi animaduerterem, ut diiudicari difficillime poſſent. Bis accuſatum Cicero in Piſonem oſtendit. Semel repetundarum a P. Clodio cum Propraetor Africam prouinciam, ſuperbe, auare, crudeliter adminiſtraſſet, ſocios ſpoliaſſet, & diripuiſſet. abſolutus eſt praeuaricante Clodio: teſtis Aſconius, quod idem Salluſtius in Catil. tradit. Iterum inter ſicarios a L. Lucullo, Caeſare, Figulo Coſs. quod Sulla dominante complures peremiſſet. Aſconius Q. Caecilium nominat, M. Volumnium, L. Tantaſium, M. Marium Gratidianum, cuius caput abſciſſum per urbem ſua manu tulerat. Idem Q. Fr. de petitione Conſulatus ſcribit, & Dio lib. xxxv I I. Oroſius tamen cap. I I I. lib. V I. quem Seb. Corradus praeſtantisſimo uir ingenio ſequitur, tertiam accuſationẽ Catilinae de inceſtu profert, quod cum Fabia Veſtali uirgine commiſiſſe arguebatur. Quod falſum eſſe Plutarchus & Aſconius aperte indicant. Neque enim Catilina eius criminis eſt accuſatus; ſed Fabia, uirgo Veſtalis, cauſſam inceſti dixerat, cum ei Catilina obiiceretur. Conſulatum ter petiit Catilina. Primo Tullo, Lepido Coſs. ratio tamen eius habita non eſt, quod cum repetundarum reus eſſet, intra legitimos dies profiteri nequiuerit, auctore Salluſtio. Secundo, cum Curione, Figulo, Caeſare Coſs. Tertio, Cicerone, Antonio Coſs. ac tum quoque Murena & Silano Coſs. deſ. repulſam tulit. Coniurauit in rẽp. cũ Cn. Piſone primo, Tullo, Lepido Coſs. Suetonius in Caeſare. Salluſtius. Cicero pro Sulla. Dio lib. xxxv I. Deinde Cicerone, Antonio Coſs, quae quidem coniuratio uirtute & mirifica Ciceronis uigilantia oppreſſa eſt & exſtincta. Ipſe Catilina a M. Petreio Antonij Coſ. Legato in agro Piſtorienſi cum exercitu deletus eſt. Epitome C I I. & ſequenti. Appianus I, Plutarch. in Cicerone. Dio lib. x x x v I I. Salluſtius in Catilinario. Virgilius lib. I I X.



# IVLIA. GENS

GENTEM Iuliam ab Iulo manaſſe omnes fere auctores tradunt: quis autem is fuerit Iulus, non ſatis inter omnes conſtare uideo. Alii enim Aſcanium AEneae filium fuiſſe exiſtimant; alii Aſcanii F. AEneae N. Priori ſententiae accedit Virgilius, antiquitatum auctor bonus in primis: quem Seruius, Meſſalla, & reliqui ſecuti ſunt. Poſteriorẽ ſententiã Liuius tuetur & Dionyſius. Qui Virgilium ſequuntur, poſt AEneae mortem Iulum annos XXXIX in Latio regnaſſe tradunt: reliqui Aſcanio hoc tribuunt, quem Iuli patrem faciunt. Nam duos, ut Dionyſius ſcribit, filios habuit AEneas, Aſcanium ex Creuſa natum, & Siluium ex Lauinia Latini regis filia. Aſcanius patri in regno ſucceſſit: Aſcanio, Siluius frater, excluſo Iulo Aſcanii F. AEneae N. tum adoleſcentulo, cui tamen honoris cauſſa ſacerdotium ampliſſimum a patruo tributum eſt, quod gens Iulia quaſi per manus a maioribus acceptum iure ſemper tenuit. Haec Iuliae gentis, Dionyſio auctore, origo eſt, & proſapia antiquiſſima. Ceterum Iuliam gentem, ut idem lib. I I. docet, Tullus Hoſtilius rex, Alba diruta, Romam traduxit, & inter Patres cooptauit. Cuius duae fuerunt familiae praecipuae: una eorum qui Iulii; altera, qui Caeſares cognominati ſunt. Iulii, ab Iulo gentis auctore & principe; Caeſares, quod is, qui primus

hoc

hoc cognomen tulit, ab utero matris caeſus ſit. Hoc enim ueritati magis conſentaneum uidetur, quam uel a caeſarie, uel elephanto caeſo. Nec praetereundũ arbitror, quod Tacitus lib. XIIX. ſcribit: pertinet enim ad ſacra gentilicia Caeſarum: Tiberii inſtituto, ex familia Caeſarum ſacerdotes Auguſtales creatos eſſe. Exſtat Epigramma C. Iulii L. F. eius, qui a Marianis occiſus eſt, in Antiquitatibus urbis, eiuſmodi:

C. IVLIVS. L. F. CAESAR. STRABO
AED. CVR. Q. TR. MIL. BIS
XVIR. AGR. DAND. ADTR
IVD. PONTIF.



C. IVLIVS. L. F. * N. IVLVS. COS. cum C. Pinario Rufo. AN. CCLXIV. Caſſiodorus. His Coſs. bellum Voſcorum duce Coriolano natum. Dionyſius lib. IIX.

C. IVLIVS. C. F. L. N. IVLVS. COS. cum Q. Fabio. AN. CCLXXI. Caſſiodorus. XVIR. LL. SCRIBEND. C. AN. CCCII. Liuius lib. III. Dionyſius IIX. & XI. Aſconius in Cornelianã.

C. IVLIVS C. F. C. N. IVLVS. COS. cum M. Geganio. AN. CCCVI. Caſſiodorus. Liuius lib. III Diodorus XII. COS. II. cum L. Virginio. AN. CCCXIIX. Caſſiodorus. Liuius lib. IV. COS. III. cum eodem. AN. CCCXIX. Macer Licinius auctor, teſte Liuio & Caſſiodoro.

L. IVLIVS. C. F. C. N. IVLVS. TR. MIL. COS. POT. AN. CCCI. Liuius lib. v.

VOPISCVS. IVLIVS. C. F. L. N. IVLVS COS. cum L. Aimilio AN. CCXXC. Dionyſius lib. IX. Diodorus XI.

L. IVLIVS. VOPISCI. F. C. N. IVLVS TR. MIL. COS. POT. AN. CCCXV. MAG EQ. A. Poſtumio Dict. AN. CCCXXII. COS. cum L. Papiſio. AN. CCCXXIII. Caſſiodorus. Liuius lib. IV.

L. IVLIVS. L. F. VOPISCI. N. IVLVS. TR. MIL. AN. CCCLII. Hoc anno equites primum publicũ merere ſtipendium coepe runt. TR. II. AN. CCCIVI. Liuius lib. v.

L. IVLIVS. L. F. L. N. IVLVS. TR. MIL. AN. CCCLXXV. Liuius lib. VI.

L. IVLIVS. L. F. L. N. LIBO. Fuit ſine magiſtratibus.

L. IVLIVS. L. F. L. N. LIBO. COS. cum M. Aulio. AN. CDXXCVI. Caſſiodorus. His Coſs. bellum Salentinis indictum. Eutropius lib. II. a

C. IVLIVS. L. F. VOPISCI. N. IVLVS. TR. MIL. AN. CCCXLV. Liuius lib. IV. TR. II. ANN. CCCXLIIX. CENS. cum L. Papirio. AN. CCCLXI. in magiſt. mortuus eſt. Liuius lib. v.

C. IVLIVS C. F. L. N. IVLVS. TR. MIL. ANN. CCCLXVII. Liuius lib. VI. b

a

I

SEX.IVLIVS. L.F.L.N. QVI. PRIMVS. CAESAR APP.E.PR.AN.DXLV.Siciliam prouinciã obtinuit. Liuius lib. XXVII.

I

SEX.IVLIVS.SEX.F.L.N.CAESAR. COS.cum L. Aurelio. AN.DXCVI. Caſſiodorus. Plinius lib.XXXIII.cap.III. meminit Valerius lib.III.cap.VII.

b

I

C. IVLIVS C.F.C.N. IVLVS. DICT. R G.C. ANN. CDI. Liuius lib.VII.

SEX.IVLIVS.SEX.F. SEX.N.CAESAR.PR. VRB.ANN.DCXXX. Cicero in orat. pro Domo.

L. IVLIVS, SEX F.SEX.N. CAESAR, de quo nihil inuenio.

C.IVLIVS.SEX. F.SEX.N.CAESAR nullum geſſit magiſtratum.

L. IVLIVS. L.F. SEX.N.CAESAR. COS. cum P.RVTILIO. ANN. DCLXIII. Caſſiodorus. Cum ſociis Latinis bellũ geſſit, a Catone Vettio fuſus, ac duobus millibus interfectis Aeſerniam fugatus eſt: feliciter deinde cum Samnitibus pugnauit: ob cã uictoriam Romae ſaga poſita ſunt. Epitoma LXXIII. Appianus lib. I. Velleius II. Eutropius V. Cenſor cum P. Licinio. AN. DCLXIV. Plinius lib.XIII.c.III.

c

C.IVLIVS. L.F. SEX.N. CAESAR STRABO PONTIFEX. Gellius lib. IV. cap. VI. Aedilicius a Marianis occiſus eſt, quem Cicero ſpecimen humanitatis, ſa-

d

C.IVLIVS C.F.SEX.N. CAESAR. Hũc praetorium Piſis repentina morte exſtinctum ſcribit Plinius lib. VII. cap.LIII.

I

C.IVLIVS C.F.C.N.CAESAR. PONTIFEX.MAX. Dio lib. XXXVII. Suetonius. QVAESTOR Aelio Tubero

e

SEX. IVLIVS. C.F. SEX. N. CAESAR. COS. cum L. MARCIO. DCLXII. Caſſiodorus. Eutropius lib.V. Plinius lib. XXXIII. cap.I. & III. Cicero in Corneliana. His Coſs. bellum Sociale initum ſcribit Florus lib.III cap.XIIX.

f



Iulius Solinus c.XLVII annum hunc quingenteſimum ſexageſimũ quinctum appellat. Numerũ corruptum eſſe nemo non uidet. Bello ciuili a Marianis occiſus eſt. Appianus lib.I. Epitoma XXC. Cicero de Oratore III. Tuſculana V

I

L. IVLIVS.L.F.L.N. CAESAR, COS.cum C. Figulo, AN. DCXXCIX. Caſſiodorus. Cicero pro Sulla, ad Atticum IV. Epiſtolarum lib. IX. Coelius lib. IIX. a Triũuiris proſcriptus eſt. Dio lib. XLVII.

I

L.IVLIVS. L. F.L.N. CAESAR. PRO Q. fuit Catoni in Africa, bello ciuili Caeſariano meminit Caeſar, lib. de bello Ciuili, I. & II. Cicero ad Atticum VI. Iuſſu Caeſaris eſt interfectus. Hirtius lib.V. Dio lib.XLIII.

lis, ſuauitatis, leporis appellat, Tuſculana V. idquod apparet ex lib. de Orat. II. Meminit pro Scauro. in Bruto. de Orat. II. Velleius. II. Appianus I.

ni in Hiſpania. Plutarch. Velleius ueteris AN tiſtii fuiſſe ſcribit lib.II. meminit Hirtius lib. VI. AEDILIS. CVR. AN. DCXXIIX. Ludos Megalenſes apparatiſſimos magnificẽtiſſimosq; fecit, & in patris honorem, defuncti CCCXX gladiatorũ paria populo exhibuit. Dio lib. XXXVII. Statuas C. Marii in Capitolio reſtituit. Plutarc. Velleius II. PR. ANN. DCXCI. Hiſpaniã prouinciam ſortitus eſt. COS. cum M. Bibulo. ANN. DCXCIV. Caſſiodorus. Dio lib. XXXIIX. Leges agrarias cum maxima contentione inuito Senatu tulit. Epitoma CIII. PRO. COS. Galliam prouinciam decennium obtinuit. Heluetios, & Ariouiſtum, maximis proeliis uicit. Anno ſequẽti, Belgas, Neruios, Aduaticos, in deditionem accepit, ob quas res ſupplicatio XV. dierum, quod ante id tempus acciderat nulli, decreta. Caeſar de bello Gallico lib. I. & II. Epitoma CIII. & ſeq. Marcellino, Philippo COS. Venetos nauali proelio uicit. Caeſar lib. III.

I

SEX. IVLIVS.SEX. F. C.N.CAESAR de quo nihil inuenio.

I

SEX. IVLIVS.SEX. F. SEX. N. CAESAR. QVAESTOR Syriam prouinciã obtinuit, a militibus ſuis occiſus eſt. Dio lib.XLVII.

Dio lib.xxxix. Epitoma CIV. Pompeio, Craſſo Coſſ.Vſipetes, Tenchteros proelio uicit,& Gallia expulit. Rhenum tranſcendit. Britanniae partem in poteſtatem redegit.Dio XL.Epitoma CV.Caeſar lib.IV.Marcello,Sulpicio Coſſ.& ſequent b. Gallorum populos,qui defecerant,in poteſtatem redegit.Epitoma CVI.Dio lib.XL. DICT. ſine MAG. EQ. AN.DCCIV. Cum Pompeio bellū initum. Epit. CIX.& ſeq. COS. II.cum P.Seruilio.AN. DCCV. Caſſiodorus. a Pompeio ad Dyrrhachium uictus:eundem mox in Pharſalia maxima clade profligauit. Dio lib.XL. Epitoma CXI.DICT.II.ANN.DCCVI.Bellum Alexandrinum geſſit. COS.III.cum M.Aimilio. AN. DCCVII.Scipionem & Iubam Mauritaniae regem uicit. Ex Gallia, Alexandria, Africa, Ponto triumph. Dio lib.XLIII.Epitoma CXII.& ſequent.DICT.III.AN.DCCIIX.COS.IV.ſine collega eod.anno. Cn. Pompeium Magni F. in Hiſpania acerrimo proelio uicit,deq. eo triumphauit. Epitoma CXV. COS. V. cum M. Antonio. AN. DCCIX. Idibus Martiis in magiſtratu occiſus eſt. Epitoma CXVI. Plutarch. Suetonius, Zonaras in Caeſare. Dio lib. XLIV. Velleius II. Appianus. Florus. Eutropius. Hirtius, Cicero, alii.

I

C.IVLIVS.C.F.C.N.CAESAR.OCTAVIANVS QVI.POSTEA.IMP.CAESAR.AVGVSTVS.E.APP.PR.PR.

imperium admodum adoleſcentulus a Senatu accepit, cum Conſularibus ornamentis. Epitoma CXIIX.Hirtio & Panſa COSS.bellum cum Antonio geſſit. Epitoma CIX. Cicero in Philippicis. Dio lib.XLVI.COS.cum Q.Pedio.AN.DCCX.Caſſiodorus. Reconciliatus Antonio III.VIR.R.P.C.conſtitutus in quinquennium. Proſcriptionem Sullanam cum collegis renouauit. Dio.XLVII.Lepido,Planco Coſſ.cū Bruto & Caſſio in Philippis bellum geſſit.Plutarch.in Bruto. Dio lib. XLVII.Epitoma CXXIV.Appianus lib.V.Seruilio,Antonio COSS. L. Antonium Coſ.III.uiri fratrem ad Peruſiam uicit:cum Antonio anno ſequenti pacem fecit,atque urbem ouans eſt ingreſſus. Dio lib.XLIIX.Epitoma CXXXVI.III.VIR.R.P.C.AN.DCCXVI.in alterum quinquennium creatus. Sex. Pompeium nauali proelio uicit.Vrbem ouans iterum eſt ingreſſus. Dio lib. XLIX.Epitoma CXXIX.COS.II. cum L.Volcatio. AN.DCCXX.Caſſiodor. Dio lib. XLIX. COS.III. cum M. Valerio. ANN. DCCXXII.





Caſſiodorus. Antonium ad Actium nauali proelio uicit. Alexandriam in poteſtatem redegit:in urbem reuerſus, tres triumphos egit.Epitoma CXXXIII. Dio lib. L. & ſequent. Virgilius lib.IIX.COS.IV.cum M.Licinio. AN. DCCXXIII.Caſſiodorus. Dio lib.LI.COS.V.cum Sex.Appuleio. AN. DCCXXIV. Caſſiod. Dio eod CENS.cum M.Agrippa.Dio lib.LII.COS.VI.cum M. Vipſanio.AN.DCCXXV.COS.VII.AN.DCCXXVI.COS.IIX.cum Statilio Tauro, AN. DCCXXVII. COS. IX.cum M. Silano, AN. DCCXXIIX.COS.X.cum C.Norbano,AN.DCCXXIX. COS.XI. cum A. Terentio, AN. DCCXXX. Caſſiodorus. Dio lib. LII. COS.XII.cum L.Sulla, AN.DCCXLIIX.Dio lib.LV.COS.XIII. cum M.Plautio.AN.DCCLI.Caſſiodorus Dio LV.Mortuus eſt Appuleio,Pompeio Coſſ.XIV.Kal.Septemb. Suetonius & Zonaras in Octauiano.Dio lib.LVI.Velleius lib. II. alii.

C. IVLIVS C.F.C.N.CAESAR VIPSANIANVS COS. cū L. Aimilio, AN. DCCXLIII. Dio lib. LV. meminit Plin.lib. XII.cap. XIV.

L.IVLIVS C.F.C.N.VIPSANIANVS. Tacitus. Suetonius. Paterculus.

M.IVLIVS C.F.C.N. CAESAR AGRIPPA POSTVMVS Abdicatus ab Auguſto poſt adoptionem,& in Pontiam inſulam, ut Dio Caſſius; Surrentium, ut Suetonius ſcribit, primum ſepoſitus, deinde in inſulam relegatus. Dio lib. LV. Suetonius in Octauiano. Plinius lib.

TI. IVLIVS C.F.C.N. CAESAR. CLAVDIANVS. NERO,qui poſtea CAESAR AVG. APP.E. III. POP. R. IMP.COS. cū P. QVINCTILIO. AN. DCCXL.Caſſiodorus. Dio. COS. II. cum CN. PISONE. AN. DCCXLVI. ex Germania triūphauit.

I

TI. IVLIVS TI.F.C.N.GERMANICVS Dio lib. LV.

NERO.CLAVDIVS.TI.F.TI.N. GERMANICVS. CAESAR PR. VRB. ANN. DCCXLII.Dio lib.LIV.COS. cū T. QVINCTIO AN.DCCXLIV. Caſſiodor. Res in Germania feliciter geſſit: ex fractura, equo ſuper crus collapſo mortuus eſt. Dio lib LV. Velleius lib. II. Epitoma CXLII. Sueto. Tacitus, & alii.

I

TI. CLAVDIVS.DRVSVS

**a**

VII. C. XLV. Iuſſu Tiberii Imp. occiſus eſt. Dio lib. LVII. Tacitus lib. I.

**b**

Sueto. in Tiberio. Iuſtinianus lib. Inſtitutionũ I. Quaeſturam quinquennium antequam per leges liceret ſortitus eſt, & poſt eam Conſulatũ ſtatim geſſit cum C. Fonteio. AN. DCCLXIV. Caſſiod. Dio lib. LVI. De Cheruſcis, Cattis, & Angriuaris triumphauit. COS. II. cum TI. Caeſare AN. DCCLXX. Caſſiodorus. Dio lib. LVII. Antiochiae mortuus eſt. Sueto. in Caligula. Tacitus lib. I. Dio lib. LVII.

I

**c**

TI. F. TI. N. NERO. GERMANICVS. CAESAR, V. ROP. ROM. IMP. Dio lib. LX. Tacitus, Suetonius & alii.

I

NERO. CLAVDIVS. TI. F. *N. CAESAR. DOMITIANVS. VI. POP. R. IMP. Dio lib. LX. Tacitus. Sueto. Poſtremus hic eſſe ex Caeſarum familia ab auctoribus traditur.

NERO. IVLIVS TI. F. T. N. GERMANICVS. Tiberii Imp. fraude periit. Dio lib. LIIX. Tacitus lib. V.

DRVSVS. IVLIVS. TI. F. TI. N. GERMANICVS, Tiberii Imperatoris iuſſu occiſus. Dio lib. LIIX.

C. IVLIVS. TI. F. TI. N. CAESAR. CALIGVLA, qui poſtea CAESAR. AVG. APP. E. IV. ROM. IMP. Dio LIIX. Tac. Suet. alii.



# GEGANIA. GENS

## A Gia Comite Aeneae.

### *GEGANIVS. MACERINVS

T. GEGANIVS. *F. *N. MACERINVS. COS. cum P. Minucio. ANN. CCLXII. Dionyſius lib. VII.

I

L. GEGANIVS. *F. *N. MACERINVS. Legatus ad coemendum frumentum a Senatu in Siciliam miſſus. Dionyſ. lib. VII.

M. GEGANIVS. T. F. *N. MACERINVS de quo nihil tradunt auctores.

L. GEGANIVS. T. F. *N. MACERINVS nullum geſſit magiſtratum.

I

L. GEGANIVS. L. F. T. N. MACERINVS. TR. MIL. COS. POT. AN. CCCLXXVI. Liuius lib. VI.

M. GEGANIVS. M. F. T. N. MACERINVS. COS. cum C. Iulio ANN. CCCVI. Caſſiodorus. Liuius lib. III. COS. II. cum T. Quinctio. ANN. CCCX. Caſſiodorus. Dionyſius lib. XI. Volſcos in deditionem accepit, & ſub iugum miſit; deq. iis triumph. Liuius lib. IV. COS. III. cum L. Sergio. ANN. CCCXVI. Caſſiodorus. Diodorus XI. Liuius IV. CENS. cum C. Furio. ANN. CCCXIIX. Liuius eodem.

I

M. GEGANIVS. M. F. M. N. MACERINVS. TR. MIL. COS. POT. AN. CCXXCVI. Liuius lib. VI.

PROCVLVS. GEGANIVS. M. F. T. N. MACERINVS COS. cum L. Menenio. AN. CCCXIII. Caſſiodorus. Liuius lib. IV.

# NAVTIA · GENS

NAVTIA gens, a Naute Aeneae comite, Palladis ſacerdote. Sacra Mineruae faciebat ſtatuta, auctore Dionyſio lib. VI. Floruit in rep. AN. CCXX.

SP. NAVTIVS. *RVTILVS

I

SP. NAVTIVS. SP. F. *N. RVTILVS COS. cum Sex. Furio. AN. CCLXV. Dionyſius lib. IIX. Caſſiodorus. Liuius II.

C. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS COS. cum P. Valerio AN. CCLXXIIX. Caſſiodor. Dionyſius lib. IX. Liuius II. COS. II. cum L. Minucio. ANN. CCXCV. Caſſiodorus. Dionyſius lib. X. Liuius lib. III.

SP. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS. TR. MIL. COS. POT. AN. CCCXXXIX. Liuius lib. IV.

SP. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS. TR. MIL. AN. CCCXXXIV. TR. II. AN. CCCXXXVII. TR. III. ANN. CCXLIX. Liuius lib. IV.

I

SP. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS. COS. cum M. Popillio. AN. CDXXXVII. Liuius IX.

I

C. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS. COS. cum M. Claudio. AN. CDLXVI. Caſſiodorus.

C. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS COS. cum M. Papiſio, AN. CCCXLII. Liuius lib. IV.



# CLOELIA · GENS

CLOELIA, a Cloelio Aeneae comite. Dionyſius lib. II. Fuit cum magiſtratibus, annis plus minus LXIII.

T. CLOELIVS. Q. F. N. SICVLVS TR. MIL. COS. POT. AN. CCCIX. Vitio fact. abd. Dionyſius lib. XI. Liuius IV.

Q. CLOELIVS. T. F. Q. N. SICVLVS. CENS. cum Sp. Seruilio AN. CCCLXXXVI. Liuius lib. VI.

P. CLOELIVS. T. F. Q. N. SICVLVS. TR. MIL. ANN. CCCLXXVI. Liuius lib. VI.

# AIMILIA . GENS

AIMILIAM gentem ab Aimilio Aſcanii F.Feſtus ortam ſcribit: cuius tamen Aimilii praeter Feſtum nullus,quod quidem ſciam, ueterum auctorum meminit. Plutarchus in Paullo, a Mamerco Numae regis filio Aimilios deducit: quod eo facilius credo, quia Aimilii Mamerci & Mamercini,a gentis principe dicti ſunt. Quod uero idem,propter orationis ſuauitatem & leporẽ, quam αἱμυλίαν Graeci uocant,ſic nominatos tradit,id ſubtiliter magis quam uere dictum exiſtimare debemus: neque ſane in ea quae iſto modo ab antiquis memoriae prodita ſunt, nimis diligenter inquirendum uidetur. Cum enim in rebus aliis,tum in omni antiquitate ueris falſa adiuncta ſunt,quae diiudicari non poſſunt. Aimiliorum autem alii Mamercini ſunt, a Mamerco gentis, ut diximus, auctore: alii Lepidi,a ſermonis lepore: alii Paulli, a puſillo corpore nominati: Barbulae,Papj, Scauri alii. Atque poſtrema haec familia,in qua Scauros conſtituimus,abiecta & contempta multis aetatibus ſine honoribus & magiſtratibus iacuit. Primus M. Scaurus ampliſſimos honores eſt conſecutus.Nam & Conſul fuit,& Cenſor,& princeps Senatus tribus luſtris creatus eſt: qua de re Aſconius in oratione pro Scauro. Dicti Scauri, quod talos pedum tumentes haberent,teſte Plinio, lib.XI. unde Horatius,



tius,Scaurum prauis fultum male talis,Satyra III.dixit. Legitur uetus inſcriptio in lib.Epigrammatum urbis antiquae,L.Aimilii eius,qui Perſen Macedonem uicit, quam ſubiiciam.

PAVLLVS . AIMILIVS . IMP.
MACEDONIAM
TERRARVM . IMPERIO . POTITAM
CVIVS . VNO . DIE . LXXII . VRBES
VENDIDIT
ETIAM . INDIAE . VICTOR
PER . VESTIGIA . LIBERI . PATRIS
ATQVE . HERCVLIS
ROMANA . SIGNA . CIRCVMTVLIT

AIMILII MAMERCINI

L. AIMILIVS. MAM. F. *N. MAMERCINVS. COS. cum K. Fabio. AN. CCLXIX. Caſſiodorus. Dionyſius. lib. IIX. Volſcos & Aequos proelio uicit. Liuius lib. II. COS. II. cum C. Seruilio AN. CCLXXV. Dionyſius lib. IX. Diodorus XI. COS. II. cum Vopiſco Iulio. AN. CCXXC. Caſſiodorus. Liuius. Dionyſius.

TI. AIMILIVS. L. F. MAM. N. MAMERCINVS. COS. cum L. Valerio. AN. CCXXCIII. Caſſiodorus. Dionyſius IX. Liuius lib. II. COS. II. cum Q. Fabio. AN. CCXXXCVI. Liuius lib. III.

M. AIMILIVS. L. F. MAM. N. MAMERCINVS. de quo nihil tradũt ueteres.

I

MAM. AIMILIVS. M. F. L. N. MAMERCINVS. TR. MIL. COS. POT. AN. CCCXV. DICT. R. G. C. AN. CCCXVI. Volſcos, Veientes, Fidenates uicit, deq. iis triumph. DICT. II. AN. CCCXIX. legem de Cenſura tulit. Liuius IV. in IX. DICT. III. Fidenates & Veientes uicit, eorum urbem cepit & diripuit. de iis iterum, triumph. auctor Liuius IV.

I

M'. AIMILIVS. MAM. F. M. N. MAMERCINVS. COS. cum C. Valerio. ANN. CCCXLIII. Caſſiodorus. TR. MIL. ANN. CCXLIIX. Liuius lib. IV. TR. II. AN. CCCL. TR. III. AN. CCCLII. Liuius lib. V.

M'. AIMILIVS M. F. MAM. N. MAMERCINVS TR. MIL. AN. CCCLXII. Liuius lib. V.

L. AIMILIVS. M'. F. MAM. N. MAMERCINVS. TR. MIL. AN. CCCLXV. TR. II. AN. CCCLXVII. TR. III. AN. CCCLXXI. TR. IV. AN. CCCLXXII. TR. V. AN. CCCLXXVII. Liuius lib. VI.





L. AIMILIVS. L. F. M. N MAMERCINVS. MAG. EQ. M. Furio Camillo Dict. AN. CCCXXCV. Liuius lib. VI. COS. cum L. Sextio. AN. CCCVI. Caſſiodorus. Liuius lib. VII. COS. II. cum Cn. Genucio. AN. CCCXC. Caſſiod. MAG. EQ. II. C. Iulio Dict. AN. CDI. Liuius lib. VII.

TI AIMILIVS. L F. M. MAMERCINVS. COS. cum Q. Publilio. AN. CDIIV. Caſſiodorus Liuius libr. XII.

I

L. AIMILIVS. L. F. L. N. MAMERCINVS. MAG. EQ. M. Valerio Dict. AN. CDXI. Liuius lib. VII. COS. cum C. Plautio. AN. CDXII. Caſſiodorus. DICT. COMIT. HABEND. C. AN. CDXIIX. COS. II. cum Plautio AN. CDXXVI. Caſſiodorus. Liuius lib. XLI. IN HOC HONORE. PRIVERNAS. E. APP. de Priuernatibus triumph. DICT. II. R. G. C. AN. CDXXXVII. Liuius lib. IX.

I

AIMILII PAVLLI

M. AIMILIVS. L. F. L. N. PAVLLVS. COS. cum M. Liuio. AN. CDLI. Caſſiodorus. MAG. EQ. Q. Fabio Dict. AN. CDLI. Liuius lib. X.

I

AIMILII LEPIDI

M. AIMILIVS. M. F. L. N. PAVLLVS. COS. cum Ser. Fuluio. AN. CDXCIIX Caſſiodorus. Polybius lib. I. Eutropius lib. II. de Coſſurenſibus & Poenis triumphauit.

M. AIMILIVS. M. F. M. N. LEPIDVS. COS. cum M. Poblicio. AN. DXXI. Caſſiodorus. Polybius libr. II.

I

M. AIMILIVS. M. F. M. N. LEPIDVS

L. AIMILIVS. M. F. M. N. PAVLLVS COS. cum M. Liuio. AN. DXXXIV. Caſſiodorus. Plinius lib. XXIX. cap. I. Illyrios qui rebellarant, in deditionem accepit: Pharium eorum regem profligauit, deq. iis triumphauit. Polyb. lib. I. COS. II. cum C. Terentio. AN. DXXXVIII. In proelio Cãnenſi fortiter occubuit. Liuius lib. XXIII. Polybius II. Plutar-

PONT. MAX. Cicero in Catone. PR. AN. DLXII. Liuius lib. XXXV. COS. cũ C. Flaminio. AN. DLXVI. Casſiodorus Liuius lib. XXXIIX. Valerius lib. VI. CENS. cum M. Fuluio AN. DLXXIV. Liuius lib. XL. COS. II. cum P. Mucio. AN. DLXXIIX. Casſiodorus. Valerius lib. VI. cap. VI. Cicero de prouinciis Conſularibus.

I

M. AIMILIVS. M. F. M. N. LEPIDVS cos. cum C. Hoſtilio AN. DCXVI. Casſiod. Obſequens. meminit Cicero in Bruto.

chus in Paullo & Hannibale. Cicero in Catone. Appianus in Punicis. Eutropius lib. III Velleius I.

L. AIMILIVS. L. F. M. N. PAVLLVS PR. AN. DLXII. Liuius lib. XXXV. COS. cum Cn. Baebio. AN. DLXXI. Cum Liguribus Ingaunis feliciter pugnauit, & de iis triumphũ egit. Liuius lib. XXXIX. COS. II. cum C. Licinio. AN. DXXCV. Casſiodorus. Perſen Macedonum regem ingenti proelio ad Pyduam fuſum fugatumq. caſtris exuit, deletisq. eius copiis, cum in inſulam Samothraciam profugiſſet, uiuum in poteſtatem redegit, deq. eo triumphauit. Liuius lib. XLIV. & V. Velleius I. Plinius lib. XXXIII. cap. III. Florus lib. II. cap. XII. Eutropius lib. IV. Valerius lib. V. cap. I. Gellius lib. VII. cap. III. CENS. cum Q. Marcio ANN. DXXCIX. In magiſt. mortuus eſt. Plutarch. in uita. Epitoma XLVI. Plinius lib. VII. cap. XVII. Meminit Cicero in Bruto. de Diuinatione I. Tuſculana V. Officiorum II. Catilina IV. B

A A B

M. AIMILIVS M. F. M. N. LEPIDVS COS. cum L. Aurelio AN. DCXXVII. Casſiodorus. Obſequens. Cicero in Bruto.

I

M. AIMILIVS. M. F. M. N. LEPIDVS. LIVIANVS. COS. cum D. Iunio. AN. DCLXXXI. Caſſiodorus. Obſequens. Cicero Officiorum ſecundo, & in Bruto.

I

M. AIMILIVS. M. F. M. N. LEPIDVS. COS. cum L. Volcatio. AN. DCXXCVII. Casſiodorus. Dio lib. XXXVI. Cicero pro Sulla. Aſconius in Cornelianam.

I

Q. AIMILIANVS M. N. LEPIDVS cos. cum M. Lollio. AN. DCCXXXII. Casſiodorus. Dio lib. LIV.

Q. AIMILIVS M. F. M. N. LEPIDVS. De quo nihil accepimus.

I

M. AIMILIVS. Q. F. M. N. LEPIDVS cos. cum Q. Lutatio. AN. DCLXXV. Casſiodorus. Cicero pro Balbo. Plinius lib. XXXV. cap. VI. & XXXVI. c. VI. & XV. Valerius lib. II. cap. III. Hic cum acta Sullae conaretur reſcindere, bellum excitauit. a Q. Catulo collega Italia pulſus, & in Sardinia fruſtra bellum molitus, periit. Epitoma XC. Appianus I. Zonaras non Catulo, ſed Pompeio hoc tribuit.

*AIMILIVS. L. F. L. N. PAVLLVS XII. annos natus, quinque diebus ante triũphũ patris mortuus eſt.

*AIMILIVS. L. F. L. N. PAVLLVS. quattuordecim annorum, triduo poſt patris triũphum obiit. Liuius lib. XLV. Plutarchus in Paullo. Velleius I. Cicero libro Epiſt. XV. ad Ser. Sulpicium





M. AIMILIVS. M. F. Q. N. LEPIDVS. PR. Cornelio, Claudio Coſs. Caeſarem Dictatorẽ dixit. Dio lib. XLI. COS. cum C. Iulio. AN. DCCVII. Casſiodorus. Dio lib. XLIII. Plutarchus & Suetonius in Caeſare. MAG. EQ. C. Caeſari Dict. AN. DCCIIX. Dio eod. III. VIR. R. P. C. in quinquennium. Epitoma CXX. COS. II. cum L. Munacio. AN. DCCXI. Casſiodorus. Dio lib. XLVII. Ab Auguſto coactus. III. VIRATV ſe abdicauit. Epitoma CXXIX. Dio lib. XLIX. Appianus V.

I

M. AIMILIVS. M. F. M. N. LEPIDVS. Cum in Auguſtum coniuraſſet, a Moecenate occiſus eſt. Epitoma CXXXIII. Velleius lib. II. Dio lib. LIV.

I

M. AIMILIVS. M. F. M. N.

*

PAVLLVS AIMILIVS. M. F. Q. N. LEPIDVS, CENS. cũ L. Munatio. AN. DCCXXXI. Hi primi priuati cenſurã geſſerunt. Hunc M. Fr. III. VIR proſcripſerat. auctor Velleius lib. II. & Dio XLVII. Idẽ ſcriptum eſt in Epitoma CCXX. Itaque uereor ne qui L. F. M. N. in tabulis Capitolinis reſtituunt, temere id feciſſe uideantur.

LEPIDVS. COS. cum L. Statilio. ANN. DCC-LXIII. Caſſiodorus. Dio lib. LVI.

**AIMILII BARBVLAE**

Q. AIMILIVS. Q. F. L. N. BARBVLA cos. cum C. Iunio. ANN. CDXXXVI. Caſſiodorus. Diodorus XIX. COS. II. cum C. Iunio. AN. CD-XLII. Caſſiodorus. Diodorus XX. Etruſcos maximo proelio uicit, deq. iis triumphauit. Liuius lib. IX.

I

L. AIMILIVS. Q. F. Q. N. BARBVLA cos. cum Q. Marcio. AN. CDLXXII. Caſſiodorus. Cum Tarentinis bellum geſſit: de iis re proſpere geſta triumphauit.

I

M. AIMILIVS. L. F. Q. N. BARBVLA cos. cum M. Iunio. AN. DXXXIII. His Coſs. Amilcarem Hannibalis patrem in Hiſpania occiſum tradit Caſſiodorus. Idem ſcribit Oroſius lib. IV. c. II.

**AIMILII PAPI**

Q. AIMILIVS. CN. F. * N. PAPVS. cos. cum C. Fabricio. ANN. CDLXXI. Caſſiodorus. Cicero de amicitia. Gellius lib. XVII. cap. ult. COS. II. AN. CDLXXV. Caſſiodorus. Plutarchus in Pyrrho. CENS. cum C. Fabricio. ANN. CDLXXIIX. Gellius XVII. Cicero in Laelio. Meminit Valerius lib. IV. cap. IV.

I

L. AIMILIVS. Q. F. CN. N. PAPVS. cos. cum C. Atilio. ANN. DXXIIX. Caſſiodorus. Gallos Ciſalpinos uicit, de iis ſpecioſiſſimum triumphum egit. Polybius lib. II. Plinius lib. III c. XX. CENS. cum C. Flaminio. AN. DXXXIV.

**AIMILII SCAVRI**

M. AIMILIVS. * SCAVRVS. COS. cum M. Caecilio. AN. CCXXXII. Caſſiodorus. Cicero pro Muraena. in Bruto. Plinius lib. II. cap. LIV. & lib. IIX. cap. LVII. CENS. cum M. Liuio. AN. DCXLIV. Meminit Cicero de Oratore II. Pro Sextio. de Legi-





gibus III. Valerius lib. III. cap. II. & VII. Idem lib. IV. cap. IV. & lib. IIX. cap. V.

I

M. AIMILIVS. M. F. * N. SCAVRVS AEDIL. CVR. Plinius lib XXXIV. cap. VII. & XXXV. cap. XI. Cicero pro Sextio. ad Atticum IV. Iulius Solinus, cap. XXXIV. & XXXVI. hippopotamos & crocodilos & Andromedae ueſtigia in aedilitate puplicaſſe ſcribit. PR. prouinciam Sardinam ſortitus, repetundarum poſtulatus apud M. Catonem Pr. a Cicerone defenſus, abſolutus eſt. Aſconius pro Scauro. Valerius lib. IIX. cap. I.

---

De Lepida Aemilia familia (quae [illegible] ad Aemilia [illegible] meminit Tacit. in 3° et [illegible] in Tiberio [illegible]

# VALESIA . GENS

SEQVVNTVR nunc Latinarum gentium familiae, quo nomine & Sabinas, & omnes eas quae ex Italicis municipiis in urbem migrarunt, comprehendimus. Quae uero ex his maiorum, quae minorum gentium Patriciae familiae ſint, in tanta antiquitatis ignoratione conſtituere nullo modo poſſumus. Sunt illae quidem maiorum gentium, quas Romulus, quas ceteri reges uſque ad Tarquinium Priſcum, ſiquidem Liuium ſequamur, inter Patricios cooptarunt: reliquarum eadem opinor ratio eſt, incerta & obſcura. Prima autem & praecipua Latinarum gentium Valeria eſt, cum propter generis antiquitatem, tum etiam propter ſummam nobilitatem, eximiasq. uirtutes, quibus haec gens facile ceteris antecelluit. Dionyſius lib. IV. & V. auctor eſt, gētem Valeriam ex Sabinis oriundam, cum Tatio rege, quicum Romulus imperii ſocietatem communicarat, in urbem migraſſe. Plutarchus Valeſium gentis principem appellat, quem etiam auctorem pacis inter Sabinos & Romanos fuiſſe ſcribit. Hinc Valeſia haec gens primum, poſt Valeria dicta eſt, ut etiam Fuſia, Papiſia, Auſelia, Vetuſia: neque enim ante Appii Caeci aetatem, qui primus litteram R, protuliſſe dicitur, Valerii, Furii, Papirii, Aurelii, Veturii dicti ſunt: qua de re Liuius lib. III. Cicero Epiſt. IX. ad Papirium Pae-

tum.



tum. Varro de ling. Lat. VI. Macrobius cap. II. libri tertii Saturnalium. & Feſtus I. Pomponius quoque l C. de origine iuris. Meminit etiam cuiuſdam Valeſii lib. II. Valerius Maximus, qui Diti patri & Proſerpinae ara ſub terra reperta, ſacra primus furuis hoſtiis fecit: cuius exemplum ſecutus Valerius Poplicola, apud eandem aram publice nuncupatis uotis, caeſisque atris bobus Diti maribus, feminis Proſerpinae, lectiſternioq. ac ludis trinoctio factis, aram terra obruit. Atque haec quidem Valeriae gentis ſacra fuiſſe gentilicia opinor. Vniuerſa uero haec gens in quattuor familias diſtributa eſt. In prima, Poplicolas, Maximos, Potitos, Coruinos, Meſſallas, collocamus: ea ratione, quia eiuſdem ſunt ſtirpis. His autē, ut Cicero de legibus ſecundo, & Plutarchus in Poplicola ſcribunt, uirtutis cauſſa, ut in urbe ſepelirētur, a Senatu tributum erat & permiſſum, quod poſteri eorum iure tenuerunt. In ſecunda, Flaccos: in tertia, Falcones: in quarta, Laeuinos conſtituimus.

P. VALERIVS VOLVSI.F.* N.VOLVSVS. POPLICOLA COS. cum L. Iunio Bruto. AN.CCXLIV. LL. in magiſtratu ualde populares tulit, unde Poplicola dictus eſt. Etruſcos proelio uicit: deq. iis triumphauit. COS. III. cum M. Horatio. ANN. CCXLVI. COS. IV. cum T. Lucretio. AN. CCXLIX. de Sabineis triumphauit. Mortuus eſt Menenio, Poſtumio Coſs. Funus ex pub. magnificentiſs. decret. Liuius lib. II. Dionyſius V. Valerius Max. lib. VI. Cicero Academicarum quaeſtionum VI. Plutarchus in uita.

M. VALERIVS VOLVSI.F.* N.VOLVSVS. COS. cum P. Poſtumio. ANN. CCXLIIX. De Sabineis triumphauit. Huic, quia ſaepius uicerat, aedes in Palatio tributae ſunt, & publico ſumptu aedificatae. auctore Varrone, quod Antias Valerio Maximo, L. Higinius Poplicolae tribuit. teſtis Aſconius in Piſonianam. Plinius cap. XV. lib. trigeſimi ſexti, P. & M. Valeriis. Interfectus eſt bello Latino, Poſtumio, Virginio Coſs. Liuius lib. II. Anno ſequenti occiſum Dionyſius lib. V. ſcribit de eodem Plutarchus in Poplicoſa. Cicero de Aruſpicũ reſponſis.

M. VALERIVS VOLVSI F.* N. VOLVSVS. DICT. SEDIT SEDAND. ET. R. G. C. ANN. CCLIX. Plebem quae prope ripam Anienem ad tertium milliarium conſederat, montemq. qui ſacer appellatus eſt, occuparat, patribus reconciliauit, ob eam cauſſam amplisſimi ei honores habiti, & primus MAXVMVS eſt appellatus. In hoc magiſtratu de Sabineis triũphauit. Liuius lib. VI. Cicero in Bruto. Valerius lib. IIX. Dionyſius M. appellat hunc Poplicolae Fr. mendoſe, ut opinor. Nam M. bello Latino occiſus eſt. Manium uero hũc appellatum, quod primus ſacra diis manibus feciſſet. Zoſimus lib. I, hiſt. tradit.

I

P. VALERIVS. P. F. VOLVSI. N. POPLICOLA

M. VALERIVS. P. F. VOLVSI. N. POPLICOLA

Hi poſtumio, Virginio Coſs. M. Valerium pa-

M. VALERIVS. M. F. VOLVSI. N. VOLVSVS Nullũ geſſit magiſtratum. Meminit in ſecundo Liuius.

I

N. VALERIVS M. F. VOLVSI. N. MAXVMVS. COS. cum Sp. Virginio. AN. CCXCVII. Dionyſius lib. X. Liuius lib. III.

a b



truum haſta in proelio percuſſum fortiter defenderunt, ſpirantem adhuc ne ſpoliaretur ſcutis ad uallum detulerunt, & ad pugnam reuerſi ut eum ulciſcerentur in confertisſimos ſe coniecerunt hoſtes, fortiterq. pugnantes occiſi ſunt. Dionyſius libro VI.

I

P. VALERIVS P. F. P. N. POPLICOLA. COS. cũ C. Nautio. AN. CCLXXIIX. Casſiodo. Dionyſius lib. IX. Liuius II. COS. II. cum C. Claudio. AN. CCXCIII. In pugna contra Herdonium cecidit. Dionyſius lib. X. Liuius lib. VII. Qui tabulas Capitolinas reſtituunt, Voluſi N. hunc appellant, ego P. N. eſſe exiſtimo. Nam P. Valerium Poplicolae F. Voluſi N. Dionyſius lib. VI. bello Latino cecidiſſe refert.

I

L. VALERIVS. M. F. P. N. POTITVS. QVAESTOR. cũ K. Fabio Sp. Casſium affectati regni accuſauit. COS. cum M. Fabio. AN. CCLXX. COS. II. cum Tito Aimilio AN. CCXCIII. Casſiodorus. Dionyſius IIX. & IIX. Liuius lib. III.

L. VALERIVS L. F. M. N. POTITVS. TR. MIL. COS. POT. AN. CCCXXXIX. Liuius lib. IV. TR. II. AN. CCCXLVII. TR. III. AN. CCCI. TR. IV. ANN. CCCLII. TR. V. ANN. CCCLV. Liuius lib. V.

I

L. VALERIVS L. F. L. N. PO-

C. VALERIVS L. F. M. N. POTITVS. TR. MIL. AN. CCCXXIIX. COS. cũ M'. Aimilio. AN. CCCXLIII. de Aequis ouans ur-

M. VALERIVS. M. F. M'. N. MAXVMVS TR. MIL. AN. CCCLV. TR. II. AN. CCCLIIX. Liuius lib. V.

I

M. VALERIVS. M. F. M'. N. MAXVM. CORVVS. Tribunus militaris Furio, Claudio Coſs. Gallum ſingulari certamine occidit, & Corui cognomen accepit. Liuius lib. VII. Gellius lib. IX. cap. XI. Valerius lib. III. cap. IIX. & lib. IIX. cap. XVI. Eutropius II. COS. cum M. Popilio. AN. CDV. Casſiodorus. COS. II. cum Q. Petilio. ANN. CDVI. de Antiatibus & Satricanis triumphauit. COS. III. cum A. Cornelio. ANN. CDX. Samnites duobus proeliis uicit: deq. iis triumphauit. DICT. R. G. C. ANN. CDXII. Liuius lib. VII. COS. IV. cum M. Attilio. ANN. CDXIIX. Liuius IIX. Diodorus XVII. de Calenis III. triumphauit. COS. V. cum Q. Appuleio. AN. CDLIIII.

a b c d

Neque tamen mẽdo caret Dionyſius, qui lib. VII. P. Valerium Poplicolae F. Geganio, Minutio Coſſ. Legatum in Siciliam miſſum ſcribit. Ille enim, Dionyſio ipſo auctore, in proelio iam ante occubuerat, ut diximus. Hũc uero eum eſſe opinor de quo loquitur Dionyſius, Poplicolae N. quod & Liuius lib. III. in oratione ualerii haud obſcure indicare uidetur.

I

L. VALERIVS P.F.P.N. POPLICOLA. cos. cum M. Horatio ANN. CCCIV. Caſſiodor. Primus de Volſcis & Aequis iniuſſu Senatus triũphauit. Dionyſ. lib. XI. Liuius III. Cicero in Bruto, Potitum hunc appellat.

PLICOLA. PO LITVS. TR. MIL. ANN. CCCLIX. cos. cum M. Mãlio. AN. CCCLXI. Caſſiodorus. de Aequis triumphauit. MAG. EQ. M. Furio Camillo. Dict. ANN. CCCLXIII. Liuius lib. V. TR. II. ANN CCCLXV. TR. III. ANN. CCCLXVII. TR. IV. AN. CCCLXXI. TR. V. AN. CCCXCIV. Liuius lib. VI.

P. VALERIVS. L.F.L.N. POPLICOLA. POTITVS. TR. MIL. ANN. CCCLXIIX. TR. II. ANN. CCCLLX. TR. III. ANN. CCCLXXIV. TA. IV. AN. CCCLXXVII TR. V. ANN. CCCXXCIII. TR. VI. AN.

bem eſt ingreſſus. TR. II. AN. CCCXLVI. TR. III. AN. CCCXLIX. Liuius hæc lib. IV.

I

C. VALERIVS C.F.L.N. POTITVS. TR. MIL. AN. CCCXXCII. Liu. lib. VI.

M. VALERIVS L.F.L.N. POPLICOLA. POTITVS. MAG. EQ. C. Sulpicio. Dict. ANN. CCCXCV cos. cum C Sulpicio. ANN. CCCXCIIX. Caſſiodorus. Diodorus

cos. VI. cum M. Fuluio. AN. CDLIV. Liuius lib. X. Plutarch. in Mario. Meminit Cicero in Catone. Valerius lib. IIX. ca. XIV. Plinius lib. VII. cap. XLIIX.

I

M. VALERIVS M.F.M.N. MAXV. CORVVS. cos. cum P. Decio. ANN. CDXLI. de Samnitibus triumphauit. CENS. cum C. Iunio. ANN. CDXLVI. DICT. R.G.C. ANN. CDLII. Liuius IX.

I

M. VALERIVS M.F.N. MAXV. CORVINVS. cos. cum Q. Caedicio. ANN. CDLXIV. Caſſiodorus. cos. II. cum Caelio ANN. CDLXVII. Caſſiodorus.

M. VALERIVS M.F.M.N. MAXVM. CORVINVS. cos. cum Q. Manilio. ANN. CDXXCIIX.

M'. VALERIVS M.F.M.N. MAXVM. CORVINVS. cos. cum M'. Otacilio ANN. CDXC.





CCCXCVI. Haec Liuius lib. VI.

I

P. VALERIVS. P.F.L.N. POPLICOLA POTITVS. cos. cum C. Marcio. AN. CDI. Caſſiodorus. Liuius lib. VII. Diodorus XVII. DICT. FERIAR. CONSTIT. C. ANN. CDIX. Liuius.

I

P. VALERIVS. P.F.P.N. POPLICOLA POTITVS MAG. EQ. M. Papirio Dict. ANN. CDXXI. Liuius libro VII.

lib. XVI. cos. II. cum C. Sulpicio. ANN. CD. Liuius lib. VII. Diodorus XVI. Caſſiodorus.

Caſſiodorus. Polybius I. Bellum in Sicilia cum Poenis proſpere geſſit. Meſſanam urbem cepit, unde MESSALLA cognominatus eſt. Macrobius lib. Satur. I. Plinius lib. XXXV. cap. IV. & lib. VII. cap. LX. Eutropius lib. II. CENS. cum P. Sempronio. AN. CDI.

I

M. VALERIVS M'.F.M.N. MESSALLA. cos. cum L. Apuſtio. ANN. DXXVII. Caſſiodorus.

I

M. VALERIVS M.F.M.N. MESSALLA PR. PEREGR. ANN. DLX. Liuius lib. XXXIV. Hinc apparet Solini error, qui hunc Sardiniam primum Propraetore obtinuiſſe cap. X. ſcribit, quod etiam temporum ratio falſum eſſe arguit. cos. cum C. Licinio. AN. CDLXV. Liuius lib. XXXIIX.

I

M. VALERIVS. M.F.M.N. MESSALLA. COS. cum C. Fannio. ANN. DXCII. Caſſiodorus. Gellius lib. XV. cap. XI. CENS. cum C. Caſſio. ANN. DXCIX. Valerius libro II. cap. I. Plinius lib. XVII. cap. XXV.

I

M. VALERIVS. M. F. M. N. MESSALLA De quo nihil tradunt auctores.

A
I

M. VALERIVS. M. F. M. N. MESSALLA. COS. cum M. Pupio. ANN. DCXCII. Caſſiodorus. Plinius libro XXXVII. cap. II. Dio lib. XXXVII. Caeſar de bello Gallico I. CENS. cum P. Seruilio. ANN. DCXCVII.

I

M. VALERIVS. M. F. 'M. N. MESSALLA. COS. cum Cn. Domitio. ANN. DCC. Caſſiodorus. Dio lib. XL.

I

M. VALERIVS. M. F. M. N. MESSALLA. CORVINVS ab Antonio proſcriptus ad Brutum confugit. inde ad Auguſtum a quo inter augures cooptatus eſt. Dio lib. XLIIX. & ſequenti. Appianus lib. IV. Velleius II. COS cum C. Iulio. ANN. DCCXXII. Caſſiodorus. Dio lib. L. PRAEF. VRB. ab Auguſto I. conſtitutus. Tacitus libro V.

M. VALERIVS. M. F. M. N. MESSALLA. BARBATVS. AIMILIANVS. COS. cum P. Sulpicio. ANN. DCCVLI. Caſſiodorus. Dio lib. LIV. in magiſt. mortuus eſt.

I

M. VALERIVS. M. F. M. N. MESSALLINVS. COTTA. COS. cum L. Cornelio. AN. DCCL. Caſſiodorus. Dio lib. LV.

I

M. VALERIVS. M. F. M. N. MESSALLA. COS. cum M. Aurelio. AN. DCCLXXVII. Caſſiodorus. Dio libro LVII. Tacitus libro III.

POTIT. VALERIVS M. F. M. N. MESSALLA. COS. cum C. Iulio ANN. DCCXXIV. Caſſiodorus. Dio libro I.

I

L. VALERIVS. POTI. M. F. M. N. MESSALLA. VOLVS. COS. cum Cn. Cornelio. ANN. DCCLVII. Caſſiodorus. Dio libro LV.

---



## VALERIAE. GENTIS. FAMILIA. II.

I

VALERII FLACCI.

L. VALERIVS. M. F. L. N. FLACCVS cos. cum T. Otacilio. ANN. CDXCII. Caſſiodorus. Polybius libro I.

I

P. VALERIVS. L. F. M. N. FLACCVS COS. cum M. Atilio. ANN. DXXVI. Caſſiodorus. Gellius lib. IV. cap. III. Hunc Legatum ad Annibalem Saguntum miſſum, Cicero Philippica V. oſtendit.

L. VALERIVS. P. F. L. N. FLACCVS COS. cum M. Porcio. AN. DLIIX. Caſſiodorus. His Coſ. lex Oppia abrogata. Liuius lib. XXXIII. CENS. cum M. Porcio. ANN. DLXIX. Liuius lib. XXXIX. Cicero in Catone & Bruto. Valerius libro II. & IV. cap. V.

I

L'. VALERIVS. L. F. P. N. FLACCVS COS. cum M. Claudio. AN. DCI. Caſſiodorus. Obſequens. in magiſtratu mortuus eſt.

I

L. VALERIVS. L. F. L. N. FLACCVS. FL. MART. COS. cum F. Licinio. ANN. DCXXII. Caſſiodorus. Cicero Philippica XI.

C. VALERIVS. P. F. L. N. FLACCVS. FL. DIALIS. captus a P. Licinio Pont. Max. Qui cũ diſſolutam & luxurioſam adoleſcentiam egiſſet, ut animum cura ſacrorum cepit, ita repente exuit antiquos mores, ut nemo tota iuuentute haberetur prior. Liuius lib. XXXVII. Valerius libro VI capite IX.

L. VALERIVS. L. F. L. N. FLACCVS cos. cum C. Mario. ANN. DCLIII. Caſſiodorus. Cicero pro C. Rabirio perduell. pro Plancio. Aſconius in Cornelianam, ubi C. mendoſe ſcriptum eſt. Meminit Plinius lib. II. cap. XXXIV. CENS. cum M. Antonio. ANN. DCLVI. Valerius lib. II. cap. IV. COS. II. cum L. Cornelio. ANN. DCLXVII. Caſſiodorus. a C. Fimbria legato oc-

C. VALERIVS L. F. L. N. FLACCVS cos. cum M. Herennio. ANN. DCLX. Caſſiodorus. Obſequens. Plinius libro XIX. cap. III.

ciſus eſt. Velleius lib. II. Strabo lib. XIII. Epitoma XXCII.

I

L. VALERIVS. L. F. L. N. FLACCVS PR. Tullio, Antonio Coſs. ANN. DCXC. ex Practura Aſiam prouinciam obtinuit: repetundarum poſtulatus, a Cicerone eſt defenſus. Cicero pro Flacco, & in Catilinam.

I

L. VAERIVS. L. F. L. N. FLACCVS Centurio bello ciuili Pompeiano a Caeſarianis interficitur Caeſar de bello ciuili III. meminit Cicero pro Flacco.





## VALERIAE. GENTIS. FAMILIA. IIII.

Q. VALERIVS. P. F. *N. FALTO. De quo nihil accepimus.

VALERII FALTONES

Q. VALERIVS. Q. F. P. N. FALTO. COS. cum M. Attilio. ANN. DXXVI. Caſſiodorus. Gellius libro IV. cap. III.

P. VALERIVS. Q. F. P. N. FALTO. COS. cum Ti. Sempronio. AN. DXV. Oroſius lib. IV. capite IX.

## VALERIAE . GENTIS . FAMILIA . IIII.

**VALERII LAEVINI.**

P. VALERIVS. *F. *N. LAEVINVS cos. cum Ti. Coruncanio. AN. CDLXXIII. Caſsiodorus. Parum proſpere aduerſus Pyrrhum pugnauit. Epitoma XIII. Plutarchus in Pyrrho Albinum perperam nominat.

I

P. VALERIVS. P. F. *N. LAEVINVS De quo nihil tradunt auctores. Niſi cum quis eſſe ſuſpicetur, quem libro XXXI. in fine Liuius M. appellat.

P. VALERIVS. P. F. N. LAEVINVS. COS. cum M. Claudio. AN. DXLIII. Caſsiodorus. Liuius lib. XXVI.

M. VALERIVS. P. F. P. N. LAEVINVS. De quo nihil accepimus.

I

C. VALERIVS. M. F. P. N. LAEVINVS. COS. cum C. Poetilio. AN. DLXXVII. Caſsiodorus. Liuius lib. XLI.



# HORATIA . GENS

NOBILIS eſt apud ueteres hiſtoricos trigeminorum pugna, clariſsimaq. Horatiorum de Curiatiis uictoria, quae libertatem ac imperium Romano populo, Albanis perpetuam ſeruitutem peperit. Qui enim ante rerum praeclare geſtarum magnitudine inuicti exiſtimabantur, ii uirtute & induſtria Horatiorũ uicti, debilitati depreſsiq. ſunt. Ab his Horatiis (ne in re notiſsima diutius haeream) Horatiam gentem ortam Dionyſius lib. V. tradit: neque ſane dubium eſt quin maiorum gentium Patricii, Horatii ſint, ut qui cum Romulo primum in urbem migrarint. Diuiditur haec gens in Puluillos, Barbatos, Coclites. Illorum quidem nominum ratio reddi certe nulla poteſt: Coclitem ueteres appellabant, qui altero oculo careret: unde Cyclopas pro coclitas antiquos dixiſſe, auctor eſt lib. octauo Aeneid. Seruius, quomodo etiam Varro lib. de ling. Lat. V. ſcribit. Hinc illud Plauti in Curculione, De Coclitum proſapia te eſſe arbitror: nam hi ſunt unoculi.

M.HORATIVS. *F. *N. PVLVILLVS.COS.cum P.Valerio ANN.CXLIV.Caſsiodorus.COS. II.ANN.CCXLVI.Capitolium dedicauit.Liuius lib.II. Dionyſius lib.v. Cicero pro domo Valerius lib.v.cap.x.

I

M.HORATIVS. M.F.*N. PVLVILLVS.COS.cum T.Menenio.AN.CCLXXVI.Caſsiodorus. His Coſs.CCCVI. Fabii,qui bellum cum Veientibus gerebant, ad unum omnes ad Cremeram caeſi ſunt. Liuius II. Dionyſius IX. Gellius lib.XVII. cap.XXI.

*HORATIVS. PVLVILLVS Nullum geſsit magiſtratum.

P.HORATIVS.*F.*N.COCLES.Qui contra Porſennae Cluſiorum regis,& Tarquiniorum copias, in ponte Tiberis unus aſsiſtere auſus eſt, donec a tergo põs interſcinderetur,dum ſe armatum in Tiberim praecipitauit.Cui populus Romanus uirtutis cauſſa aeream ſtatuam in foro poſuit. Dionyſius lib.v.Liuius II. Cicero de Legibus II. Virgilius IIX. Plinius lib.XXXIV.cap.v.& XXXVI.cap.XV.Valerius lib. III. cap. II.Polybius in Tiberi periiſſe, aliter quam ceteri tradunt ſcriptores,lib.VI. ſcribit.

M.HORATIVS.M.F.M.N.BARBATVS COS.cum L.Valerio.AN.CCCIV. Caſsiodorus.Primus iniuſſu Senatus de Sabineis triũphauit.Liuius lib.III. Dionyſius lib.XI.

I

L. HORATIVS. M.F.M.N.BARBATVS. TR. MIL.COS.POT. ANN.CCXXIIX. Liuius lib.IV.

C. HORATIVS.M.F.M.N.PVLVILLVS. COS.cum Q. Minucio ANN.CCXCVI.Caſsiodorus Liuius lib.III.Dionyſius XI.

L.HORATIVS.L.F.M.N. PVLVILLVS.TR.MIL. ANN.CCCLXXIIX.Liuius lib.VI.

M.HORATIVS.L.F.M.N. PVLVILLVS.TR.MIL.ANN. CCCLXXVI.Liuius lib.VI.



# POSTVMIA. GENS

I

P.POSTVMIVS. Q.F.*N.TVBERTVS COS.cum M.Valerio.AN.CCXLIIX. Caſsiodorus.Dionyſius lib.v.& VI.Meminit Cicero de Legibus II. Valerius lib.II.cap.II.Plutarchus in Poplicola.COS.II.cum Agrippa Menenio.AN.CCL. Primus urbem ouans eſt ingreſſus.Idem auctor,& Plinius lib.XVI.cap.XXIX.

I

A.POSTVMIVS.P.F.Q.N. ALBVS. COS.cum T.Virginio.AN.CCLVII.Caſsiodorus.DICT.R.G.C.cum T. Aebutio MAG EQ.eodem anno.Latinos ad Lacum Regillum acerrimo proelio uicit, de iis triumphum nobiliſsimum,egit,primuſq.auream coronam ei qui caſtra Latinorũ expugnaſſet,dedit.IN.HOC.HONORE.REGILLENSIS APP.EST.Liuius lib.II.Dionyſius VI.Plinius lib.XXXIII cap.III.

A.POSTVMIVS.A.F.P.N.ALBVS.REGILLENSIS.COS.cum Sp. Furio.ANN.CCXXCIX. Caſsiodorus.Dionyſius lib.IX. Liuius lib.II.

A. POSTVMIVS.A.F.A.N.ALBVS.REGILLENSIS.CENS.cum L. Papirio.AN.CCCXXXV.TR.MIL.AN. CCCXXXIX. Propter crudelitatem ab exercitu lapidibus obrutus eſt. Liuius lib.IV.

M.POSTVMIVS.A.F.A.N.ALBVS.REGILLENSIS TR.MIL.ANN. CCCXXVII. Liuius lib. IV. CENS.cum M. Furio. ANN. CCCL.

SP.POSTVMIVS.A.F.P.N. ALBVS.REGILLENSIS.COS. cum Q.Seruilio. AN.CCXXCVII. Dionyſius lib.IX.Liuius lib.III.XVIR.LLM.SCRIBEND.C.AN.CCCII. Dionyſius lib.X.

I

SP.POSTVMIVS.SP.F.A.N.ALBVS.REGILLENSIS TR.MIL.COS.POT.ANN. CCCXXI. Liuius lib.IV.

A. POSTVMIVS. M. F. A. N. ALBINVS. REGILLENSIS. TR. MIL. AN. CCCLVI. Liuius lib. v.

I

P. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBINVS. REGILLENSIS. De quo nihil accepimus.

I

L. POSTVMIVS. P. F. A. N. ALBINVS. REHILLENSIS. TR. II. ANN. CCCLXIII. Liuius lib. VI.

SP. POSTVMIVS. M. F. A. N. ALBINVS REGILLENSIS. TR. MIL. AN. CCCLIX. Liuius lib. v. CENS. cum C. Sulpicio. AN. CCCLXXIV. In magiſtratu mortuus eſt. Liuius lib. VI.

I

L. POSTVMIVS. SP. F. M. N. ALBINVS REGILLENSIS. Nullum adeptus eſt magiſtratum.

I

L. POSTVMIVS. L. F. SP. N. MEGELLVS. cos. cum Ti. Minucio. AN. CDXIIIIX. Caſſiodorus. Liuius lib. IX. COS. II. cum Q. Atilio. AN. CDLIX. Liuius X. INTERREX. COS. III. creatus eſt cum C. Iunio. CDLXII Caſſiodorus. Liuius XXVII. Cum exercitui praeeſſet, quod opera militum in agro ſuo uſus erat, publico iudicio damnatus eſt. Epitoma XI.

I

L. POSTVMIVS. L. F. L. N. MEGELLVS cos. cum Q. Mamilio. ANN. CDXCI. Polybius I. Caſſiodorus. PR. CENS. ANN. D. In magiſtratu mortuus eſt.



POSTVMIVS. A. F. L. N ALBINVS cos. cum C. Lutatio. AN. DXI. Caſſiodorus. Epitoma XIX. CENS. cum C. Atilio. AN. DXIX.

L. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBINVS. COS cum Sp. Caruilio. AN. DXIV. Caſſiodorus. COS. II. cum Cn. Fuluio. AN. DXXIV. COS. DES. III. cum Ti. Sempronio. AN. DXXXIIX. Antequam iniret, in Gallia ipſe cum exercitu a Boiis deletus eſt. Liuius lib. XXIII.

I

SP. POSTVMIVS. L. F. A. N. ALBINVS. COS. cum Q. Marcio. ANN. DLXVII. Caſſiodorus. Liuius lib. XXXIII. c. x. Meminit Cicero in Catone.

I

L. POSTVMIVS. SP. F. L. N. ALBINVS. COS. cum Q. Opinio. ANN. DXCIX. Caſſiodorus. In magiſtratu mortuus eſt.

A. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBINVS PR. ANN. DLXIIX. Liuius lib. XXXIX. COS. cum C. Calpurnio. AN. DLXXLII Liuius lib. XL. CENS. cum Q. Fuluio. AN. DLXXIX. Velleius lib. I. Valerius II. c. II. Plinius lib. VII.

A. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBINVS. COS. cũ C. Licinio. ANN. DCII. Caſſiodorus. Meminit Cicero in Bruto & Lucullo.

I

A. POSTVMIVS. A. F. A. M. ALBINVS. COS. cũ M. Antonio AN. DCLIV. Caſſiodorus.

SP. POSTVMIVS. A. F. AN. ALBINVS. PAVLLVS PR. AN. DLXX. Liuius lib. XXXIX. cum Q. Mucio. AN. DLXXIX. Caſſiodorus. Liuius lib. XLI.

I

SP. POSVMIVS. SP. F. A. M. ALBINVS. COS. cũ L. Calpurnio. AN. DCV. Caſſiodorus.

SP. POSTVMIVS. SP. F. SP. N. ALBINVS. COS. cũ M. Minũcio. AN. DCLIII. Caſſiorus.

L. POSTVMIVS A. F. A. N. ALBINVS. PR. ANNO. DLXXIII. Liuius lib. XL. COS. cũ M. Popillio. ANN. DXXC. Caſſiodorus. Liuius XLI.

# MENENIA . GENS

AGR IPPA. MENENIVS. C. F. *. LANATVS cos. cum P. Poſtumio. ANN. C C L. Caſſiodorus. De Sabineis triumphauit. Legatus ad plebem in ſacrum montem. AN. CGLX. Mortuus eſt Caſſio, Cominio iterum COSS. AN. CCLX. Eius funus publica impenſa elatum. Dionyſius lib. v. & VI. Liuius II.

I

T. MENENIVS. AGRIP. F. C. N. LANATVS. cos. cum C. Horatio. AN. C C L X X V I. Caſſiodorus. a populo damnatus eſt. Dionyſius I X. Liuius I I.

C. MENENIVS T. F. AGRIP. N. LANATVS. COS. cũ P. Sextio. AN. CCCI. Dionyſius lib. III.

AGRIPPA. MENENIVS T. F. AGRIP. N. LANATVS. COS. cum T. Quinctio. ANN. CCCXIV. Caſſiodorus. TR. MIL. II. ANN. CCCXXXVI. Linius lib. IV.

I

M. MENENIVS. AGRIP. F. T. N. LANATVS. TR. MIL. AN. CCCLXVII. TR. II. AN. XCCLLXIV. TR. III. AN. CCCLXXVI. Liuius lib. VI.

L. MENENIVS T. F. AGRIP. N. LANATVS. COS. cum Proculo Geganio. AN. CCCXIII. Caſſiodorus. Liuius lib. IX.



# VIRGINIA . GENS

A. VIRGINIVS. A. F. * N. TRICOSTVS. COELIMONTANVS. COS. cum T. Vetuſio. AN. CCLIX. Caſſiodorus. Liuius lib. II. Dionyſius lib. VI. Aſconius in Cornelianam.

A. VIRGINIVS. A. F. A. N. TRICOSTVS. COELIMONTANXS. COS. cum T. Numicio. AN. CCXXCIV. Dionyſius lib. IX. Liuius II.

I

SP. VIRGINIVS. A. F. A. N. TRICOSTVS. COELIMONTANVS. COS. cum M. Valerio. AN. CCXCVII. Caſſiodorus. Dionyſius lib. X. Liuius lib. III.

T. VIRGINIVS. A. F. A. N. TRICOSTVS. COELIMONTANVS. COS. cum Larte Herminio. ANN. CCCV. Caſſiodorus. Dionyſius lib. XI. Liuius lib. III.

# VIRGINIORVM. STIRPS. ALTERA

T. VIRGINIVS. T. F.* N. TRICOSTVS. cos. cum A.Poſtumio.AN.CCLVII. Caſſiodorus.Dionyſius lib.v. Liuius lib.II.

T. VIRGINIVS. T.F.T. N. TRICOSTVS.RVTILVS.COS.cũ K.Fabio.AN.CCCLXXIV. Caſſiodorus.Dionyſius lib.IX. Hic anno CCXC. in peſtilentia eſt mortuus. Liuius II.

I

L. VIRGINIVS. T. F. T. N. TRICOSTVS. RVTILVS. COS. cum M.Cornelio. ANN. CCCXIIX. Caſſiodorus. Liuius lib. IV.COS.II. cum C.Iulio.ANN. CCCXIX. Idem.

I

L. VIRGINIVS. L. F. T. N. TRICOSTVS. RVTILVS. TR. MIL.COS.POT. ANN.CCCLXV. Liuius lib.VI.

PROCVLVS VIRGINIVS. T. F. T. N. TRICOSTVS. RVTILVS cos. cum Sp.Caſſiodorus. Liuius II. Dionyſius IIX.

A. VIRGINIVS. T. F. T. N. TRICOSTVS. RVTILVS. COS. cũ Sp. Seruilio. ANN.CCLXXVII. Caſſiodorus. Dionyſius lib.IX. Liuius.II.

---



# SVLPICIA. GENS

SER. SVLPICIVS. P. F.* N. CAMERINVS cos.cum M.Tullio. ANN.CCLIII. Caſſiodorus. Dionyſius lib.v. Liuius II. Cicero in Bruto.

I

SER. SVLPICIVS. SER. F. P. N. CAMERINVS cos. cum P. Volumnio. ANN. CCXCII. Dionyſius lib. x. Liuius III. Plin. lib. II. cap. XXCIIX. Valerius lib. I. cap. VI. XVIR. LEG. SCRIBEND. C. ANN. CCCII. Liuius Dionyſius.

I

SER. SVLPICIVS. SER. F. SER. N. CAMERINVS. cos.cum L. Lucretio. ANN. CCCLX. Caſſiodorus. Liuius libr.v.

I

SER. SVLPICIVS. SER. F. SER. N. CAMERINVS. COS. cum M. Fabio. ANN. CDIIX. Caſſiodorus. Liuius libro VII.

Q. SVLPICIVS. SER. F. SER. N. CAMERINVS. CORNVTVS. TR. MIL. ANN. CCCLI. Liuius lib. v. TR. II. ANN. CCCLV. CENS. AN. CCCLXXIV. in magiſt. mortuus eſt. Liuius libro VI.

---

# SER. SVLPICIVS. *GALBA

P. SVLPICIVS SER. F. P. N. GALBA cos. cum Cn. Fuluio. ANN. DXLII. Caſsiodorus. Liuius lib. xxv. Feſtus XVII. DICT. COMIT. HABEN. C. ANN. DL. Liuius libro XXX. cos. II. cum C. Aurelio. AN. DLIII. cum Philippo Macedonum rege bellum geſsit. Liuius libro XXXI.

SER. SVLPICIVS SER. F. P. N. GALBA PR. male aduerſus Luſitanos pugnauit. Epitoma XLIIX. Valerius lib. IX. cap. VI. cos. cum L. Aurelio. AN. DCIX. Caſsiodorus. Valerius lib. VI. cap. IV. Suetonius in Galba. Meminit Cicero in Bruto, de Oratore III.

I

SER. SVLPICIVS. SER. F. SER. N. GALBA COS. cum M. Aurelio. ANN. DCXLV. Caſsiodorus. Obſequens.

I

SER. SVLPICIVS. SER. F. SER. N. GALBA. PR. ANN. DCXCIX. Cicero ad Atticum IV. Caeſaris Legatus in Gallia, cui propter Conſulatus repulſam infenſus coniurauit cum Caſsio & Bruto, propter quod lege Pedia damnatus eſt. Suetonius in Galba.

I

SER. SVLPICIVS. SER. F. SER. N. GALBA PR. Imp. Auguſto, hiſtoriam ſcripſit. Suetonius.

I

C. SVLPICIVS. SER. F. SER. N. GALBA COS. cum D. Hateio. AN. DCCLXXIV. Caſsiodorus. Suetonius. Dio lib. LVII.

C. SVLPICIVS. C. F. SER. N. GALBA. Hic attritis facultatibus urbe ceſsit, prohibitusq. a Ti. Imp. anno ſuo ſortiri Proconſulatum, uoluntaria morte obiit. Suetonius.

SER. SVLPICIVS. C. F. SER. N. GALBA. COS. cum L. Cornelio. ANN. DCCXXCV. Caſſiodorus. Dio lib. LIIX. QVI POST. EA. IMP. CAESAR. AVGVST. APP. EST. Occiſus ab





Othone, eſt cum regnaſſet menſes VII. Caſsiodorus. Tacitus lib. XVII. Plutarchus. Suetonius. Zonaras. Xiphilinus in eius uita.

I

SER. SVLPICIVS. SER. F. C. N. GALBA. CALPVRNIANVS. Adoptatus a Galba Imp. pro concione, cum eſſet orbatus duobus filiis, quos ex Lepida uxore ſuſceperat. Suetonius. Tacitus. Plutarchus. Xiphilinus. Zonaras.

# FVRIA . GENS

**FVRII FVSI.**

SEX. FVRIVS. *F.*N.FVSVS cos.cum Sp. Nautio.ANN. CCLXV. Caſſiodor. Liuius libro II. Dionyſ. IIX.

SP.FVRIVS.SEX.F.N. *FVSVS.COS.cum K.Fabio ANN.CCLXXIII. Caſſiododorus. Liuius II. Dionyſius IX. COS.II.cum P.Pinario. ANN. CCXXCI. Liuius eodem. COS. III. cum A. Poſtumio. AN.CCXXCIX. Caſſiodorus. Lioius II.COS.IV.cum P. Curiatio.AN.CCC. Liuius. Dionyſius libro X.

L.FVRIVS.SEX F.*N. FVSVS.COS. cum C.Manlio.AN. CCLXXIX.Caſſiodorus.Liuius II.Dionyſius IX. in acie cō tra Aequos, Furio, Poſtumio Coss.cecidit. Liuius libro III.

**FVRII MEDVLLINI.**

L.FVRIVS.SP.F. SEX.N. MEDVLLINVS.TR.MIL.COS. POT.ANN. CCCXXI. TR.II.CCCXVIIX.TR. III.AN.CCCXXXIII. Liuius libro IV.

AGRIP.FVRIVS.SP.F. SEX.N.FVSVS.COS. cum T. Quinctio.AN.CCCVII. Caſſiodo.Dionyſius libro XI. Liuius libso III.

I

AGRIP. FVRIVS. AGRIP. F.SP.N.FVSVS. TR.MIL. ANN. CCCLXXII. Liuius libro V.

L.FVRIVS.L.F. SP.N. MEDVLLINVS.COS. cum A. Cornelio.ANN.CCCXL. Caſ-

a

SP.FVRIVS.L.F.SP.N. MEDVLLINVS.TR.MIL.ANN. CCCLII.Liuius libro V.

b



a

ſiodorus.COS.II.cum Cn. Cornelio.AN. CCCXLIV.TR.MIL. AN. CCCXLVI.TR.II.ANN. CCCXLIIX.TR.III.ANN. CCCL.TR.IV.ANN.CCCLVI. TR.V.ANN.CCCLIIX.TR.VI. ANN.CCCLIX. TR.VII.ANN. CCCLXII. Hacc Liuius libro IV.&V.

I

SP.FVRIVS.L.F.L.N. MEDVLLINVS.TR.MIL.ANN. CCCLXXVI.Liuius libro VI.

b

I

L.FVRIVS.SP.F.L.N. MEDVLLINVS.TR.MIL.ANN.CCCLXXIII.TR.II.ANN.CCCXXCII.CENS. cum M.Fabio.ANN. CCCXC.Liuius lib.VI. Hunc L.Furii eius qui ſepties Tr.mil.fuit, fratrem, qui tabulas Capitolinas reſtituunt. appellant, quod & annorum diligens ſupputatio, & praenomen, falſum eſſe, ſatis perſpicue oſtendunt.

FVRII CAMILLI.

M. FVRIVS. L. F. *N. CAMILLVS. CENS cum M. Poſtumio. ANN. CCCL. Valerius cap. III. lib. II. TR. MIL. ANN. CCCLI. TR. MIL II. AN. CCCIV. DICT. R. G. C. ANN. CCCLVIII. Veios cepit, de Veientibus clariſſimum triumphum iunctis equis albis quatuor, primus egit. Liuius lib. v. Plutarch. Gellius lib. XXVII. Eutropius II. Valerius lib. IV. cap. I. TR. VII. ANN. CCCIIX. Faliſcos iuſtitia uicit. Liuius. Valerius lib. VI. c. V. Coſ. appellat: quod falſum eſſe doctiſſimus ſummoq. uir ingenio, Cuſpinianus iam pridem oſtendit. A. L. Apuleio Trib. pl. in exilium eiectus eſt. Abſens DICT. II. creatus eſt. ANN. CCCLXIII. Gallos Senones qui urbem occuparant, Roma expulit, & ad octauum lapidem Gabina uia Idibus Febr. occidione occidit: deq. iis iterum triumph. Caſſiodorus. Liuius v. Valerius lib. IV. DICT. III. ANN. CCCLXVI. De Volſcis, Aequis, Etruſciis III. triumph. TR. MIL. IV. ANN. CCCLXIIX. TR. V. ANN. CCCLXX. TR. VI. ANN. CCCLXXIII. Praeneſtinos, Volſcos, Tuſculanos uicit. DICT. IV. ANN. CCCLXXVV. OB. EDICT. IN. MILIT. EX. SC. AB. DICT. V. ANN. CCCVXCVI. In agro Albano Gallos uicit: de iis IIII. triumph. Mortuus peſtilentia annos natus XXC. Genucio, Seruilio coss. Liuius lib. VI. & VII. Plutarc. in uita. Plinius lib. XXXIV. cap. I.

SP. FVRIVS. M. F. *N. CAMILLVS PRIMVS. PRAETOR. AN. CCCXXCVII. Liuius lib. VII.

I

L. FVRIVS. SP. F. M. N. CAMILLVS cos. cum C. Maenio. ANN. CDXV. Caſſiodorus. COS. II. cum D. Iunio. ANN. CDXXIIX. Liuius. lib. IIX.

L. FVRIVS. M. F. *N. CAMILLVS. DICT. R. G. C. ANN. CDIII. cos. cum Ap. Claudio. AN. CDIV. Caſſiodorus. Cicero in Catone. Vbi tamen Aimilio pro Camillo uulgo mendoſe ſcriptum eſt. DICT. II. ANN. CDIIX. Liuius lib. VII.



FVRII PACILI.

C. FVRIVS. *PACILVS. COS. cum. M. Papiſio. ANN. CCCXII. Caſſiodorus. CENS. cum M. Geganio. ANN. CCCXIIX. TR. MIL. ANN. CCCXXVII. Liuius lib. IV.

I

C. FVRIVS. C. F. *N. PACILVS. COS. cum Q. Fabio. ANN. CCCXLI. Caſſiodorus. Liuius lib. IV.

I

C. FVRIVS. C. F. C. N. PACILVS. COS. cum. L. Caecilio. ANN. DII. Caſſiod. Polyb. I.

# LVCRETIA . GENS

SP.LVCRETIVS.*TRICIPITINVS.COS. cum P. Valerio. ANN. CCXLIV. Caſſiodorus. in magiſt. mortuus eſt.Liuius II.Dionyſius V.

T.LVCRETIVS.T.F.*N.TRICIPITINVS.COS. cum P.Valerio.ANN. CCXLV. COS. II. ANN. CCXLIX. Liuius lib.II.Caſſiodorus.

T. LVCRETIVS. T. F. T. N. TRICIPITINVS. COS. cum T.Veturio. ANN. CCXCI. De Aequis triumph.Liuius II.

L.LVCRETIVS.*FLAVVS cos.cum Ser. Sulpicio. ANN. CCCLX. Caſſiodorus.Liuius lib.V.

Q. LVCRETIVS. *VISPILLO AEDIL.CVR.DCXX. TI. Gracchi corpus in Tiberim proiecit: unde Viſpillonis nomen inuenit. Auctor de uiris illuſtribus.

I

Q.LVCRETIVS. Q.F.*N. VISPILLO. Hunc Cicero in priuatis cauſis & acutum, & iuriſperitum in Bruto appellat.

I

Q.LVCRETIVS.Q.F.Q.N.VISPILLO.COS.cum C.Sentio. AN. DCCXXXIV.Caſſiodorus. Appianus lib.IV. Dio lib. LIV.

L. LVCRETIVS. T. F. T. N. TRICIPITINVS. nullum geſſit magiſtratum.

I

HOSTVS.LVCRETIVS. L.F. T. N. TRICIPITIN. COS. cum L.Sergio. ANN. CCCXXIV. Caſſiodorus.Liuius lib.IV. Valerius lib.X.

I

P.LVCRETIVS.HOSTI. F.L. N. TRICIPITINVS. TR. MIL. ANN.CCCXXXIV.TR.II. ANN. CCCXXXVII. Liuius lib.IIII.

I

L.LVCRETIVS. P. F. HOSTI N. TRICIPITINVS. TR. MIL. AN.CCCLXII. Liuius lib.V. TR. II. ANN. CCCLXVII. TR. III. AN.CCCLXXI.TR.IV.ANN.CCCLXXIII Liuius lib. VI.

---



# QVINCTIORVM . FAMILIA . PRIMA

CAPITOLINI QVINCTII

T. QVINCTIVS. * CAPITOLINVS. BARBATVS.COS. cum Ap.Claudio. ANN. CCXXCII. Caſſiodo.Liuius lib.II. Dionyſius IX. COS. II. cum Q.Seruilio. AN. CCXXCV. de Antiatibus triumph. COS.III. cum Q. Fabio. ANN.CCXXCVII.Liuius lib.III.COS.IV.cum Agrip. Furio. AN.CCCVII.Liuius lib.III.Dionyſius XI. COS. V.cum.M.Geganio. ANN. CCCX. COS.VI.cum Agrip.Menenio.AN.CCCXIV.Caſſiodorus. Liuius lib.IV.

I

T.QVINCTIVS. T. F. * N.CAPITOLINVS BARBATVS.COS.cum N.Fabio.ANN.CCCXXXI. Caſſiodorus.Liuius lib.IV.

I

T.QVINCTIVS.T.F.T. N. CAPITOLINVS BARBATVS.TR. MIL.AN. CCCXLIIX.Liuius lib.IV.

T. QVINCTIVS. T. F. T. N. CAPITOLINVS.TR. MIL. AN.CCLIX.MAG.EQ.A.Cornelio Dict. AN.eodem. Liuius lib.VI.

I

Q.QVINCTIVS.T.F.T.N. CAPITOLINVS.TR.MIL.AN.CCCXXCIV. Liuius lib.VI.

L. QVINCTIVS. T. F. T. N. CAPITOLINVS. TR. MIL. ANN. CCCLXIX.Liuius lib.VI.

I

L. QVINCTIVS. L. F. T. N. CAPITOLINVS. TR. MII. ANN. CCCXXCV.Liuius lib.VI.

QVINCTII FLAMININI

T.QVINCTIVS . L.F.*N.FLAMININVS De quo nihil tradunt auctores.

T.QVINCTIVS.T.F.L.N. FLAMININVS . Q. COS. cum Sex Aelio.ANN.DLV. Liuius lib.XXXII. Procoſ. Philippum Macedoniae regem ad Cynoſcephalas in Theſſalia uicit. Bellum aduerſus Lacedaemonios & Nabidem geſſit, quibus debellatis, Graeciam uniuerſam libertate donauit. Liuius lib.XXXIV. Plutarch.in uita.CENS.cum M. Claudio.AN. DLXIV. Liuius XXXVII.Plutarch. Cicero in Catone.meminit Accuſationis lib. IIII.

L. QVINCTIVS. T.F. L.N.FLAMININVS. PR. AN. DLIV. Liuius lib. XXXI. COS.cum Cn.Domitio.ANN. DLXI.Liuius lib.XXXV.a Catone Cēſore,quod cum COS. in Gallia eſſent, exoratus in conuiuio a ſcorto, ſecuri aliquē eorum qui in uinculis eſſent, damnati rei capitalis, ferire iuſſiſſet, Senatu motus eſt.Liuius lib.XXXIX. Plutarch.in Flaminino.Cicero in Catone.Plinius lib.VII.cap.XXVII.Valerius lib.II.cap.IV. & lib.IV.cap.V.

I

L. QVINCTIVS.L.F.T.N.FLAMININVS.COS. cum M. Acilio. AN. DCIII. Caſſiodorus. Cicero in Catone.

I

T.QVINCTIVS.L.F.L.N.FLAMININVS.COS. cū Q. Caecilio.AN. DCXXX. Caſſiodorus. Eutropius lib. IV. Cicero pro Domo.



QVINCTII CINCINNATI

L.QVINCTIVS.L.F.L.N.CINCINNATVS.COS.cum C.Claudio.AN.CCXCIII Caſſiodorus. Liuius lib. III. Dionyſius X. DICT.R.G.C.AN. CCXCV L. Minucium Coſ. obſidione liberauit. Aequos in deditionem accepit, & ſub iugum miſit:deq.iis triumphauit.Liuius.Dionyſius.eodem. Huic in agro aranti nuntiatum eſt eum Dictatorem eſſe factum:cuius iuſſu Sp. Melium regnum appetentem C.Seruilius Ahala, interemit. Cicero in Catone. quod in ſecunda Dictatura factū, reliqui fere omnes hiſtorici tradunt. DICT. II.SEDIT.SEDAND.C. AN. CCCXIV.Sp.Melium regnum affectantem iure caeſum uideri pronuntiauit. Liuius lib. IV. Cicero de Finibus II.Pro Domo. Plinius lib.XIIX cap.III. Valerius lib.IV.cap.IV.

L. QVINCTIVS.L.F.L.N.CINCINNATVS.TR.MIL.COS.POT. ANN.CCCXV. MAG.EQ. Mam. Aimilio Dict.AN.CCCXVI.TR.MIL.II.ANN. CCCXXIIX.Liuius lib. IX.

T. QVINCTIVS.L.F.L.N. CINCINNATVS. TR. MIL. ANN. CCCXXXIIX. Liuius lib. IV.

A

Q.QVINCTIVS.L.F.L.N. CINCINNATVS TR. MIL. AN. CCCXLIIX. Liuius lib.IV

K.QVINCTIVS L.F.L.N. CINCINNATVS.Fortiſſimo animo iuuenis, cum Trib. pl. foro deieciſſet, accuſatus ad populum, ante diem iudicii in exilium abiit.Liuius II. Dionyſius X. Cicero pro Domo. Valerius lib. IV.

T.QVINCTIVS L.F.L.CINCINNATVS.COS. cū C.Iulio.AN.CCCXXII. Caſſiodorus.COS.II.cū A. Cornelio.AN.CCCXXV.TR.MIL.AN. CCCXXVII.TR.II.ANN.CCCXXXIII. Liuius lib. IV.

I

L.QVINCTIVS L.F.L.N.CINCINNATVS. TR.MIL. ANN. CCCLVIIX. Liuius lib.VI.TR.II.AN. CCCLXXIV. Liuius eod.

A

T. QVINCTIVS.T.F.L.N. CINCINNATVS. TR. MIL. ANN.CCCLXVII. ANN. CCLXX. DICCT. R. G. C. AN. CCCLXXIV. Praeneſtinos uicit,& de iis triumph. Liuius lib. VI.

C. QVINCTIVS. T.F. L.N. CINCINNATVS TR. MIL. ANN. CCCLXXVII. Liuius lib. VI.

I

T. QVINCTIVS.T.F.T.N. CINCINNATVS. MAG. EQ. M. Furio Camillo. AN. CCCXXCVI. Liuius lib. VI. COS. cum C. Sulpicio. ANN. CDII. Casſiodorus. Liuius lib. VII.

---



# PAPISIA . GENS

PAPISII MVGILLANI

L. PAPISIVS. * F. * N. MVGILLANVS. COS. cum L. Sempronio. AN. CCCIX. Casſiodorus. Dionyſius lib. XI. Liuius lib. IV. CENS. cum L. Sempronio. AN. CCCX. COS. II. cum Q. Seruilio. AN. CCCXXVI. Casſiodorus. Liuius lib. IV. Cicero lib. Epiſt. IX. ad Papirium Paetum.

L. PAPISIVS. L.F. * N. MVGILLANVS. TR. MIL. AN. CCCXXXI. Liuius lib. IV.

M. PAPISIVS. L.F. * N. MVGILLANVS. TR. MIL. AN. CCCXXXV. Liuius lib. IV. TR. MIL. II. AN. CCCXXXVII. COS. cum C. Nautio. AN. CCCXLII. Liuius lib. IV. Casſiodorus.

## PAPISII, ſeu PAPIRII . CRASSI

M.PAPISIVS.CRASSVS.cos.cum C.Furio.AN.CCCXII. Caſſiodorus. Liuius lib.IV.

I

L.PAPISIVS. M.F.*N.CRASSVS. cos. cum M.Cornelio.AN.CCCXVII.Caſſiodorus cos.II.cum L.Iulio. AN. CCCXXII.CENS. cum P.Poſtumio. AN.CCCXXXV. Liuius lib.IV.

L.PAPIRIVS.L.F.M.N.CRASSVS DICT.R.G.C.AN.CDXIII.Liuius lib. IIX. Hic primus Papiſius eſt uocari deſitus. Cicero Epiſt.lib.IX.cos.cum K.Duilio.AN.CDXVII.Caſſiodorus. cos.II.cum L.Plautio. AN.CDXXIII.MAG.EQ.L.Papirio Dict.AN. CDXXIX.CENS.cum Mainio. AN. CCXXXV. Hæc Liuius lib. IIX.& IX.

I

L.PAPIRIVS L.F.L.N.CRASSVS MAG.EQ.T. Manlio. Dict. AN. CDXXXIII. Liuius lib.IX.

M. PAPIRIVS. L. F.M.N.CRASSVS DICT. R. G. C.ANN. CDXXI. Liuius lib. IIX.



## PAPISII, ſeu PAPIRII . CVRSORES

L.PAPIRIVS.*CVRSOR.CENS.cum C.Iulio.AN.CCCLXI. Liuius lib.V.TR.M.AN.CCCLXVII.TR.II.AN. CCCLXIX.Liuius lib.VI.

I

SP.PAPIRIVS.L.F.*N.CVRSOR. Nullum magiſtratum eſt adeptus.

L.PAPIRIVS.SP.F.L.N.CVRSOR.cos.cum C.Pœtilio.AN.CDXXVII. DICT. AN.DXXIX. Fuſis & fugatis Samnitibus triumph. Liuius lib. IIX. COS. II. cum Q.Publilio.AN.CDXXXIII. Caſſiodorus.COS.III.cum Q.Aulio.AN.CDXXXIV.Samnites ſub iugum miſit,deq. iis II.triumph.COS.IV.cum Q. Publilio.AN.CDXXXIIX. Caſſiodorus.COS.V. cum C.Iunio. ANN.CDXL.DICT. II.R.G.C.AN. CDXLIV. de Samnitibus III.triumpha. Liuius lib.IX.

S. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR MAG. EQ. L.Papirio Dict. AN. CDXIII. Liuius lib. IIX.

L. PAPIRIVS. L. F. SP. N. CVRSOR MAG.EQ.L. Cornelio Dict. ANN.CDXXXIII. Liuius lib. IX. COS.cum Sp.Caruilio. AN. CDLX. De Samnitibus triumph. Liuius lib. X. Aedem Quirini dedicauit: in eadem Solarium horologium ſtatuit. Plinius lib.VII.CENS.cum M'.Curio.AN. CDXLII.COS.II.cum Sp.Caruilio. AN. CDXXCI.Caſſiodorus. De Samnitibus & Tarentinis iterum triumphauit.lib.XXIV.

SP.PAPIRIVS.L.F. SP.N.CVRSOR. De quo nihil.

I

SP.PAPIRIVS.SP.F.L. N. CVRSOR. A patruo Coſ. bello Samnitum armilla & corona uirtutis cauſſa donatus.Liuius lib.X.

---

# CLAVDIA . GENS

PRIMA haec Claudiorum gens eſt, ex Regillo Sabinorum oppido oriunda. Originem genti Actius Clauſus dedit, homo domi ſuae nobilis & clarus, qui Regillo a ſeditioſis hominibus pulſus, Romam magna clientum manu, profectus eſt: reliquis ciuitas data. ipſe Actius Clauſus, qui poſtea Appius Claudius eſt dictus, in Senatum ac patriciorum ordinem cooptatus, ac mox Conſul creatus, facile prin ipem in republica locum tenuit, clariſſimumq. nomen poſteris tradidit. Nam & ampliſſimos honores, complures magiſtratus, triumphos nobiliſſimos aſſecuti, ac optimatium & patriciorum dignitatis contra uim & potentiam imperitae multitudinis aſſertores unici ſemper fuerunt, excepto dumtaxat P. Claudio, qui ob expellendum urbe Ciceronem, homini plebeio in adoptionem ſe dedit. Ampliſſimam uero hanc fuiſſe gentem, uel hinc intelligere licet, quod ab Appio uſque Clauſo nullus in hanc familiam tranſierit. Scribit enim Tacitus lib. XII. Annotabant periti nullam adoptionem inter patricios Claudios reperiri, eoſque ab Appio Clauſo continuos durauiſſe. Et Suetonius in Claudio: Adſciturus in familiae nomen Neronem, quaſi reprehenderetur quod adulto iam filio priuignum adoptaret, identidem diuulgauit, neminem unquam per adoptionem familiae Claudiae

diae



diae inſertum. Familiae autem Claudiae gentis tres fuere. Prima eorum eſt qui Regillenſes dicti ſunt, a Regillo Sabinorum, ut diximus, oppido, uetere Claudiorum patria. Secunda, eorum qui Pulchri a P. Claudio Caeci filio cognominantur. Tertia Neronum eſt. Neronem autem Sabini fortem & ſtrenuum appellaſſe teſtis eſt in Tiberio Suetonius: primusq. hoc cognomen uſurpauit Titus Claudius, quartus Appii Caeci filius. Satis uero conſtat Claudios minorum gentium eſſe patricios, ut qui poſt exactos demum reges, Valerio quartum, Lucretio iterum Coſſ. inter patricios SC. cooptati ſint, auctoribus Liuio libro II. Dionyſio V.

ACTIVS. CLAVSVS. QVI. POSTEA. AP. CLAVDIVS. REGILLENSIS. SABINVS. APP. F. COS. cum P. Seruilio. AN. CCLIIX. Caſiodorus. Liuius lib. II. IV. & X. Dionyſius lib. V. & VI. Suetonius in Tiberio. Taci. lib. XI. Plinius lib. XXXV. cap. III. Virgilius lib. VII. Hunc tabularum Capitolinarum ſcriptores M. appellant: quos ſecuti non ſumus.

AP. CLAVDIVS. AP. F. AP. N. REGILLENSIS SABINVS, COS. cum T. Quinctio. ANN. CCXXCII. Caſiodorus. Dionyſius lib. IX. Liuius lib. II. Accuſatus a Trib. pl. ad pop. Aimilio Valerio coss. mortem ſibiipſi ante iudicii diem conſciuit. Dionyſius lib. IX.

I

AP. CLAVDIVS. AP. F. AP. N. CRASSINVS REGILLENSIS. COS. des. abd. XVIR. LL. M. SCRIBEN. C. ANN. CCCII. & CCCIII. cum in tertium quoque annum cum collegis inuito Senatu & pop. magiſtratum retineret, & Virginiae plebeiae uirgini uim inferre conaretur, in carcerem coniectus iuſſu Trib. pl. mortuus eſt. Dionyſius lib. X. & XI. Liuius lib. III. Cicero de Finibus II. Valerius lib. VI. cap. I.

C. CLAVDIVS. AP. F. AP. N. REGILLENSIS SABINVS COS. cum P. Valerio. ANN. CCXCIII. Caſiodorus. Liuius. lib. II. Dionyſius lib. X. & XI.

I

AP. CLAVDIVS. AP. F. AP. N. CRASSVS REGILLENSIS. TR. MIL. COS. POT. AN. CCCXXXIX. Liuius lib. IV.

AP. CLAVDIVS. AP. F. AP. N. CRASSVS. REGILLENSIS. TR. MIL. AN. CCCL. Liuius lib. V. DICT. R. G. C. ANN. CCCXCI.

I

C. CLAVDIVS. AP. F. AP. N. CRASSINVS. DICT. COMIT. HABEN. C. ANN. CDV. DICT. II. R. G. C. AN. CDXVI. Vitio creatus abd. Liuius lib. IIX.

P. CLAVDIVS. AP. F. AP. N. CRASSVS. SABINVS. Nullum magiſtratum geſſit.

I

P. CLAVDIVS. P. F. AP. N. CRASSVS. SABINVS. REGILLENSIS. COS cum L. Furio. AN. CDIV. Caſiodorus. In mag. mortuus eſt. Liuius lib. VII. Gellius lib. IX. cap. XI. Cicero in Catone.



C. CLAVDIVS. C. F. AP. N. CRASSIN. REGILLENSIS. De quo nihil tradunt ueteres.

I

C. CLAVDIVS. C. F. C. N. CANINA COS. cum M. Aimilio. AN. CDLXIIIX. Caſiodorus. COS. II. cum C. Fabio. AN. CDXXC. Caſiodorus. Velleius I. CENS. cum Ti. Corúcanio. AN. CDXXCIV.

AP. CLAVDIVS. C. F. AP. N. CAECVS. CENS. cum L. Plautio. ANN. CDXLI. Aquam induxit, uiam muniuit, quae Appia dicta eſt. Liuius lib. IX. Cicero in Catone. Frontinus. COS. cum L. Volumnio. AN. CDXLVI. Caſiodor. Liuius. eod. Diodorus XX. COS. II. cum L. Volumnio. ANN. CDLVII. Caſiodorus. Res in Samnio proſpere geſſit. Liui. lib. X. DICT. R. G. C. AN. CDLXV. Hic cum caecus eſſet, ſententiam de pace cum Pyrrho & foedere non faciẽdo in Senatu dixit. Cicero in Catone, in Bruto. Tuſculana. V. Plutarch. in Pyrrho. Vlpianus lib. VI. ad edictum. Pom. tit. de Origine iuris. lib. II.

A

AP. CLAVDIVS. C. F. AP. N. CAVDEX. COS. cum M. Fuluio. ANN. CDXXCIX. Caſiodorus. Primus Carthaginenſibus bellum intulit. Liuius lib. XXXI. Gellius lib. XXXVII. cap. ult. Per mirũ ſane uidetur, duos fratres eodem uſos eſſe praenomine: hoc tamen idem & in Fabiis, Marcellis, Caeciliis, Porciis animaduertere licet. quod certe uel auctorum factum opinor negligentia, qui praenomina confundunt ſaepe & perturbant: uel etiam quod uterini non germani fratres ſint. Idem de adoptiuis iudicandum. quam coniecturam noſtram, & duo Porcii, Cenſorini, FF. & Aimilianus & Seruilianus, Fabii confirmant.

A

AP. CLAVDIVS. AP. F. C. N. CRASSINVS. REGILLENSIS. COS. cum P. Sempronio. AN. CDXXCV. Caſſiodorus. Velleius lib. I.

P. CLAVDIVS AP. F. C. N. PVLCHER. COS. cum L. Iunio. AN. DIV. Caſſiodorus. Rem male aduerſus Poenos geſſit, publico iudicio damnatus eſt. Polybius lib. I. Cicero de Diuinat. & Natura deorum II. Valerius lib. I. cap. IV. Suet. in Tiberio. Plin. lib. VII. Caeci N. perperā appellat.

I

AP. CLAVDIVS P. F. AP. N. PVLCHER. COS. cum Q. Fuluio. ANN. DXLI. Caſſiodorus. Liuius lib. XXV. His coss. ſodalitates, ſacris Idaeis Magnae matris receptis, conſtitutas, apud Ciceronem Cato teſtatur: qua tamen in re (quod bona tanti uiri uenia dixerim) non ſatis attendiſſe uidetur Cicero, AN. demū DXLIX. non quidem Quaeſtore, ſed Praet. Catone, Matrē deum Romā deportatam. Liuius lib. XXIX. A

C. CLAVDIVS. AP. F. C. N. CENTHO. COS. cum M. Sempronio. ANN. DXIII. Caſſiodorus. His coss. Liui. ſi. Fabulam docuit. Cicer. in Bruto Tuſcu. I. In Catone, ubi Cethego pro Cethone uulgo mendo ſe legitur. Idē tradit Liuius li. XXIX. Gellius lib. XVII. CENS. cū M. Iunio. ANN. DXXIIX. DIC. COMIT. HABEN. C. AN. DXL. Liuius li. XXV.

TI. CLAVDIVS. AP. F. C. N. NERO. A quo Tiberium Caeſarem originē paterni generis trahere auctor eſt in Nerone Suetonius. Quatuor filios Appii Caeci commemorat quoque Cato apud Ciceronem de Senectute.

A

A

P. CLAVDIVS. TI. F. AP. N. NERO. De quo nihil.

I

TI. CLAVDIVS. P. F. TI. N. COS. cum M. Seruilio.

C. CLAVDIVS. TI. F. AP. N. NERO PR. ANN. DXII. Liuius lib. XXV. cos. cum M. Liuio. ANN. DXLVI. De

a b



a b

ANN. DLI. Caſſiodorus. Liuius libro XXX.

Poenis, Aſdrubale, Hannibalis fratre, interfecto, triumph. Liuius lib. XXVII. Valerius lib. IV. cap. I. CENS. eodem collega. ANN. DXLIX. Liuius lib. XXIX. Valerius lib. II. cap. IV.

A A

AP. CLAVDIVS AP. F. P. N. PVLCHER. PR. ANN. DLXVI. Liuius lib. XXXVIII. COS. cum M. Sempronio. ANN. DLXIIX. Caſſiodorus. Liuius lib. XXXIX.

I

AP. CLAVDIVS AP. F. AP. N. PVLCHER. COS. cum Q. Caecilio. ANN. DCX. Caſſiodorus. De Salaſſis iniuſſu populi priuato ſumptu triumphauit. Hunc triumphantem Claudia ſoror, Veſtalis uirgo, aſcenſo ſimul curru, uſque in Capitolium proſecuta eſt,

P. CLAVDIVS. AP. F. P. N. PVLCHIR. PR. AN. DLXV. Liuius lib. XXXIX. COS. cum L. Porcio. AN. DLXIX. Caſſiodorus. Liuius lib. XXXIX.

C. CLAVDIVS. AP. F. P. N. PVLCHER. PR. AN. DLXXIII. Liuius lib. XL. cos. cum Ti. Sempronio. AN. DLXXVI. Caſſiodorus. Rebus ī Iſtria & Liguribus proſpere geſtis triumphauit. Liuius li. XLI. CENS. cum Ti. Sempronio. AN. DXXCIV. Liuius lib. XLIV.

I

C. CLAVDIVS. C. F. AP. N. PVLCHER. COS. cum M. Perperna. AN. DCXXIII.

FVIT. SINE MAGISTRATV NERONVM. FAMILIA. AN. AMPLIVS. CC.

TI. CLAVDIVS. AP. F. TI. N. NERO. PONTIFEX. PR. AN. DCCXII. Velleius lib. II. Suetonius in Tiberio.

NERO T. F.

CLAVDIVS. TI. F. AP. N. DRVSVS GERMANICVS. COS. cū

CLAVDIVS. TI. F. AP. N. NERO, QVI POSTEA

a b c M d

ne intercedere aut uetare fas cuiquam Tribunorum eſſet. Epitoma LII. Valerius lib. VI. Sueto. in Tiberio. Cicero pro Coelio. Macrobius lib. IX. CENC. cum P. Cornelio. ANN. DCXV.

I

C. CLAVDIVS

AP. F. AP. N. PVLCHER. AEDIL. CVR. ANN. DCLIV. Cicero de Offic. II. accuſationis IV. Plinius lib. IIX. cap. VII. & lib. XXXV. cap. IV. PR. ANN. DCLIIX. Siciliam prouinciam ſortitus eſt. Cicero accuſationis II. COS. cum M. Perperna. ANN. DCLXI. Caſſiodorus. Cicero de Diuinat I.

I

AP. CLAVDIVS

C. F. AP. N. PVLCHER. COS. cum C. Norbano. ANN. DCCXV. Caſſiodor. Dio lib. XLIIX. Hunc Cuſpinianus diligentiſſimus antiquitatum inueſtigator cum exiſti-

Caſſiodorus. Obſequens.

I

AP. CLAVDIVS. C. F. C. N. PVLCHER. COS. cum P. Seruilio. AN. DCLXXIV. Caſſiodorus. Cicero pro Plancio. Ad Atticum I. Eutropius libro. XVI.

A

T. Quinctio. AN. DCCXLIV. Dio li. LV. Suetonius in Octauiano. Velleius II. Epitoma.

I

CAESAR AVG. APP. E. De quo ſuo loco.

TI. CLAVDIVS. DRVSI F. TI. N. QVI. POSTEA. CAESAR AVG. APP. E.

A

AP. CLAVDIVS. AP. F. C. N. PVLCHER. PR. AN. DCXC. Cicero pro domo. in Piſonem. COS. cum L. Domitio. AN. DCXCIX. Dio lib. XXXIX. Cicer. ad Atticum III. li. III. famil. CENS. cum L. Piſone. ANN. DCCIII. Dio li. XL.

P. CLAVDIVS AP. F. C. N. PVLCHER. A M. Fonteio plebeio homine adoptatus. TR. PL. annitente Caeſare factus eſt. Cicero nem urbe expulit, leges pernicioſas tulit. AEDIL. fuit. AN. DCXCVII. Dio lib. XXXIX. A Milone de ui poſtu latus, cum Pr. peteret ab eod. occiſus eſt. Epitoma CIII. & CVII. Cicero ad Attic. I. pro Sextio: pro domo: de haruſp. reſponſis: de prouinc. conſularibus: in Piſonem: pro Milone: de Legibus

C. CLAVDIVS. AP. F. C. N. cuius duo filii ambo Appii a patrui Appio adoptati ſūt. Pedianus in Miloniana, & Coelius in





mat, qui Proconſul Ciliciam adminiſtrauit: in quo uir doctiſſimus memoriae uitio labitur. Ille enim Ap. Claudius eſt Ap. F. Clodii Fr. germanus qui COS. fuit cum L. Domitio, ad quē exſtant Epiſt. Ciceronis lib. III. fam. Hic autem C. F. a Dione appellatur. Et quidem temporum ratio hoc ſatis dilucide oſtendit: Cicerone iam tum occiſo. Huius autem Claudii adoleſcentis meminit Cicero libro Epiſt. XI. ad D. Brutum.

Coelius li. IIX. Epiſt. ad Ciceronem. Cicero de Diuinatione I. Aſconius in Piſonianā.

III. Dio lib. XXXV. & XXXIIX. Caeſar libro VII. Appianus lib. II. Aſconius in Milonianam. Plutarchus in Cicerone. Valerius libro IX. capite I.

I

P. CLAVDIVS

P. F. AP. N. PVLCHER. Meminit Cicero libro ad Atticum XIV. & Philippica II. Valerius cap. V. libri III. ita diſſolutum & luxurioſum fuiſſe ſcribit, ut abdomine auide deuorato foedae ac ſordidae intemperantiae ſpiritum reddiderit.

epiſt. VII. li. VIII. Fam.

---

# SERVILIA. GENS

TVLLVM Hoſtilium, diruta & euerſa Alba, cum multas alias gentes, tum etiam Seruiliam Romam tranſtuliſſe, & in Senatum ac Patriciorum ordinem legiſſe, Liuius lib. I. & in II. Antiquitatum Dionyſius, ſcribunt. Floruit haec gens Romae, ut quae maxime. Familias habuit quatuor praecipuas. Nam & Priſci Seruilii numerantur ab auctoribus, qui Axillas & Ahalas complectuntur: & Caepiones, & Vatiae quoque, & Gemini. Legitur inſcriptio in antiquitatibus Veronenſibus perantiqua, ut mihi quidem uidetur, quae haud ſcio an huc referri debeat. Eſt autem haec.

C. SERVIL.
CAEPIONI. CON.
CEN. ET. TRIVM-
PHALI. PATRIAE
LIBER. DECVR.
VERON. OB
IVD. RESTITVTA
M. S.



P.SERVILIVS. P. F. * N. PRISCVS. COS. cum M. Claudio. AN. CCLIIX. Caſſiodorus. De Volſcis inuito Senatu triumph. Liuius II. Dionyſius V.

I

SP.SERVILIVS. P. F. P. N. PRISCVS. COS. cum A Virginio. AN. CCLXXVII. Caſſiodorus. Dionyſius lib. IX. Liuius lib. II.

I

P.SERVILIVS. SP. F. P. N. PRISCVS. COS. cum L. Ebutio. ANN. CCXC. in magiſt. mortuus eſt. Caſſiodo. Dionyſ. lib. IX. Liuius lib. III.

I

Q.SERVILIVS. P. F. SP. N. PRISCVS. DICT. R. G. C. AN. CCCXIIX. Fidenas cepit. IN. HOC. HONORE. FIDENAS. E. APP. Liuius lib. IV. DICT. II. ANN. CCCXXXV. Liuius lib. IV. A

Q.SERVILIVS. P. F. * N. PRISCVS. MAG. EQ. M'. Valerio Dic. AN. CCLIX. Liuius lib. II.

I

Q.SERVILIVS. Q. F. P. N. PRISCVS. COS. cum T. Quinctio. AN. CCXCV. Caſſiodorus. Dionyſius lib. IX. Liuius lib. II. COS. II. cum Sp. Poſtumio. ANN. CCXCVII. Liuius lib. III.

I

Q. SERVILIVS. Q. F. Q. N. PRISCVS. De quo nihil tradunt auctores.

I

C.SERVILIVS. Q. F. Q. N. PRISCVS. AHALA. MAG. EQ. L. Quinctio DICT. II. AN. CCCXIIII. Sp. Melium regnum affectantem interfecit. Liuius lib. IV. Cicero in Catone pro Domo. Valerius lib. V. cap. III.

A A

Q.SERVILIVS. Q. F. P. N. PRISCVS. FIDENAS. TR. MIL. COS. POT. ANN. CCCLI. Liuius lib. V. TR. II. AN. CCCLV. TR. III. AN. CCCLIIX. TR. IV. AN. CCCLXIII. TR. V. AN. CCCLXVII. TR. VI. AN. CCCLXIIX. Liuius haec in VI.

I

Q.SERVILIVS. Q. F. Q. N.

L.SERVILIVS Q. F. P. N. PRISCVS TR. MIL. AN. CCCXXVI. Liuius libro IV.

C. SERVILIVS. Q. F. P. N. AXILLA. COS. cum L. Papirio. AN. CCCXXXVI. Liuius lib. IV. TR. AN. CCCXXXIV. TR. II. ANN. CCCXXXV. A. Q. Seruilio patre MAG. EQ. dictus Liuius lib. V.

I

C. SERVILIVS. C. F. Q. N. AHALA. TR. MIL.

PRISCVS. FIDENAS. TR. MIL. AN. CCCLXXII. TR. II. ANN. CCCLXXVI. TR. III. ANN. CCCXXCIV. Liuius lib. VI.

I

Q. SERVILIVS. Q. F. Q. N. AHALA. COS. cum L. Genucio. ANN. CCCXXCIIX. Caſſiodorus. COS II. AN. CCCXCI. DICT. ANN. CCCXCIII. MAG. EQ. AN. CDII Liuius lib. VII.

I

Q. SERVILIVS. Q. F. Q. N. AHALA. COS. cum M. Marcio. AN. CDXI. Caſſiodorus. Liuius lib VII.

AN. CCCXLV. MAG. EQ. P. Cornelio dict. ANN. CCCXLV. TR. II. ANN. CCCXLVI. Liuius lib. IV. TR. II. ANN. CCCLI. Liuius lib. V.

I

C. SERVILIVS. C. F. C. N. AHALA. MAG. EQ. M. Camillo Dict. III. AN. CCCLXIVII. Liuius lib. IV.

I

SP. SERVILIVS. C. F. C. N. STRVCTVS. TR. MIL. AN. CCCXXCV. Liuius lib. VI.



SERVILII CAEPIONES

CN. SERVILIVS. CN. F. CN. N. CAEPIO cos. cum C. Sempronio. AN. D. Caſſiodorus. Polybius lib. I.

I

CN. SERVILIVS. CN. F. CN. N. CAEPIO PR. AN. DXLIIX. Liuius lib. XXXIIX. COS. cum C. Seruilio. AN. DL. Liuius lib. XXIX.

I

CN. SERVILIVS. CN. F. CN. N. CAEPIO cos. cum Q. Marcio. AN. DXXCIV. Caſſiodorus. Liuius lib. XLIII.

CN. SERVILIVS. CN. F. CN. N. CAEPIO. COS. cum Q. Pompeio. AN. DCXII. Caſſiodorus. Appianus in Hiſpanienſibus. Velleius lib. II. Cicero pro Fonteio. De finibus II. ubi Scipione pro Caepione perperam ſcriptum ex libro ad Atticum XII. ſatis apparer. Valerius lib. IIX. C. V. CENS. cum L. Caſſio. AN. DCXXIIX. Frontinus.

Q. SERVILIVS CN. F. CN. CAEPIO COS. cum Laelio. ANN. DCXIII. Caſſiodorus. Obſequens. CENS. cum Q. Caecilio. AN. DCXXIII.

I

Q. SERVILIVS. Q. F. CN. N. CAEPIO COS. cum C. Atilio. AN. DCXLVII. Caſſiodorus. Gellius lib. III. Strabo IV. A pop. damnatus, imperium ei abrogatum, bonaq. publicata ſunt. Cicero de Orat. II. in Bruto. Valerius lib. IV. & VI.

I

Q. SERVILIVS. Q. F. Q. N. CAEPIO Nullum magiſtratum eſt adeptus.

I

Q. SERVILIVS. Q. F. Q. N. CAEPIO BRVTVS. Cicero Philipp. X. Dio lib. XLI. Bello ciuili Pompeianas partes ſecutus, his profligatis a Caeſare in gratiam receptus. PR. ANN. DCCIX. Caeſarem cum coniurationis ſocijs occidit. Dio lib. XLIV. Epit. CXVI. Macedoniam prouinciam S C. obtinuit. uniuerſam Graeciam ſibi adiunxit. Lycios proelio uicit, Xanthum oppugnatione cepit. Patarenſes & Myrios in deditionem accepit. DES. COS. AN. DCCIX. lege Pedla damnatus non inijt. Philip-

pis cum Antonio feliciter primo die pugnauit, poſtridie uictus, amiſſo & profligato exercitu, in fuga Stratoni comiti latus feriendum praebuit. Dio lib. XLI. Liuius VI. & VII Epitoma CXVI. & ſequentibus. Appianus V. Plutarchus in uita Bruti. Suetonius & Zonaras in Caeſare & Octauiano. Velleius. II. Cicero ad Atticum, in Philippicis. Valerius lib. I. cap. IV. V. & VI. cap. IV. & lib. IX. Florus, Eutropius, & alij.



SERVILII VATIAE

P.SERVILIVS.C.F.M.N.VATIA.QVI.POSTEA.ESAVRICVS.E.APP.COS.cum Ap.Claudio. AN.DCLXXIV.Caſſiodorus. Bellum in Cilicia cum Piratis geſſit: deq. iis, captis Coryco, Olympo Phaſelide, triumphauit. Aſconius in Verrinam III. Marcellinus lib. XIV. Meminit Cicero Accuſationis quinto. CENS. cum L. Aurelio. ANN. DCXXCIX. Valerius lib. IIX. cap. V. Cicero Accuſationis quarto.

I

P.SERVILIVS.P.F.C.N.VATIA.ISAVRICVS.COS.cum C.Iulio. AN.DCCV. Caſſiodorus. Dio lib. XLI. Plurarch. Suetonius. Zonaras in Caeſare. COS.II. cum L.Antonio. AN.DCCXII. Caſſiodorus. Dio lib. XLIIX.

SERVILII GEMINI.

P.SERVILIVS. Q.F. CN.N. GEMINVS.cos. cum L.Aurelio. ANN.DI. Caſsiodorus. Cicero in Lucullo. cos.II. cum eodem. AN.DV. Caſsiodorus.

C.SERVILIVS. P.F.Q.N. GEMINVS. De quo nihil tradunt auctores. A

CN.SERVILIVS.P.F.Q.N.GEMINVS.cos. cum C.Flaminio. AN. DXXXVI. Caſsiodorus. Polybius III. Liuius lib. XXI.

A

C.SERVILIVS.C.F.P.N.GEMINVS AEDIL.CVR. MAG.EQ. T.Manlio Dict. AN. DXLV. Liuius lib. XXVII. PR. ANN. DXLVII. Liuius lib. XXIIX. COS. cum Cn. Seruilio. AN. DL. Caſsiodorus. Liuius lib. XXIX. DICT. COMIT. HABEND. C. ANN. DLI. Liuius lib. XXX.

M. SERVILIVS. C.F.P.N. PVLLEX. GEMINVS. MAG. EQ. P. Sulpicio Dict. AN. DI. COS. cum Ti. Claudio. AN. DLI. Liuius lib. XXX.

---



# CORNELIA . GENS

AMPLISSIMA, omniumq. gentium nobiliſsima Cornelia ab antiquis eſt habita, & quidem iure ac merito. Siue enim dignitatem ſpectes familiarum, ſiue etiam praeclara in rempublicam merita, rerumq. geſtarum magnitudinem conſideres, omnes certe omnium gentium uirtutes, praeclariſſimae huius gentis ſplendore intereunt & obſcurantur. Ac de origine quidem gentis nihil mihi, quam diligentiſſime inueſtiganti, occurrit. Familias praecipuas quattuor reperio: quarum una Maluginenſium eſt, altera Scipionum, Rufinorum tertia, poſtrema Lentulorum. Dolobellas enim, Cinnas, Merulas, & ſiqui ſunt alii, plebeios potius quam patricios crediderim. Qua equidem in re ueterum auctorum diligentiam requiro, qui cum in aliis, tum in Corneliis nobis deſcribendis ualde mihi uidentur errare. Et ut omittam Florum, Eutropium, Oroſium, Plinius certe antiquitatum auctor ceteroqui bonus & diligens, hac in re ut cum maxime lapſus uidetur. Quum enim cap. III. libri uigeſimi primi ſcribit, Florum quidem pop.R. honorem, Scipioni tantum habuit. Serapio cognominabatur, propter ſimilitudinem ſuarii cuiuſdam negotiatoris. Ob id erat in tribunatu plebi admodum gratus, dignusq. Africanorum familia. Neque ei fuit in bonis funeris impenſa. Aſſes ergo con

tulit populus,ac funus elocauit,quaq. parte ferebatur,flores e proſpectu omni ſparſit. Hac,inquam,in re tradenda, tribus grauiſsimis erroribus ſeipſum inuoluit. Ait enim in tribunatu gratum admodum plebi fuiſſe Scipionem: quis uero aut legit umquam, aut cui uel fando auditum, Scipionem Naſicam, quo de hic agi manifeſtum eſt, Tribunum pl. fuiſſe? Serapionem enim cognominatum etiam in Epitoma L V. ſcriptum uidemus. Nam ut ſacratas leges, ut Patriciam Naſicarum ſplendiſſimam familiam relinquam, ut omittam cetera, quae tam multa nobis in mentem ueniunt, eumne qui ſtudiis plebis tantopere eſt aduerſatus, qui conatus perditos furoresq. Tribunorum compreſſit, qui Ti. Gracchum priuatus interfecit, tam repente popularem extitiſſe, Tribunum plebis factum, plebi aſſentatũ exiſtimabimus? Deinde quum inquit, Dignusq. Africanorum familia, labitur eodem modo. Diuerſam enim Naſicarum eſſe & Africanorum familiam, nemo certe paulo quidem eruditior dubitauerit. Iam uero illud minime ferendum quod tertio loco ſcribit, Neque ei fuit in bonis funeris impenſa, & reliqua: cum & Cicero pro Flacco,& iu Gracchis Plutarchus, Pergami hunc Scipionem mortuum teſtentur. Similis propemodum error eſt lib. v i i. cap. xxx i v. Vir optimus, ait, ſemel a cõdito aeuo iudicatus eſt Scipio Naſica a iurato Senatu. Idem in toga candida bis repulſa notatus a populo, in ſumma ei in patria mori non licuit. Cum enim de duplici repulſa loquitur, uehementer, meo quidem animo, fallitur. Altera namque aui eſt, altera nepotis. Ille in Cenſura repulſam eſt paſſus, ut Liuius lib. xxx i x. ſcribit: hic in Aedilitate. quod in Planciana Cicero, & Valerius de repulſis, memoriae prodiderunt. Valerius quoque Maximus lib. v i i. cap. v. omnium grauiſſime labitur. P. inquit, Scipio Naſica, toga

tae



tae potentiae clarum lumen, is qui Conſul Iugurthae bellum indixit, qui matrem Idaeam e Phrygiis ſedibus ad noſtras aras focosq. migrantem ſanctiſsimis manibus excepit, qui multas & peſtiferas ſeditiones auctoritatis ſuae robore oppreſſit. Ecce quod trium erat, uni omnino attribuit Valerius, quam rem explicare facile cuiuis erit, qui temporum ordines resq. geſtas Rom. paulo diligentius perpenderit. Qui enim Iugurthae bellum indixit, Cos. fuit D C X L I I. ab Vrbe condita anno: qui matrem Idaeam excepit. A N N. DLIX. qui ſeditiones oppreſſit, A N N. D C X V. Nec uero diſſimulari Appiani error poteſt qui in Syriacis ſic de Africani filio ſcribit. Ceperat eum rex in Graecia a Chalcide petentem Demetriadem, is erat Scipio qui poſtea Carthaginem raptam diruit, ſecundus poſt hunc Africanus cognominatus, Paulli filius, eius qui Perſen Macedonem cepit, Scipionis nepos ex filia, adoptione filius. Captum ab Antiocho Scipionis Africani filium, alii quoque tradiderunt. At uero non is fuit Scipio Aimilianus: nondum enim, ſi Liuio credimus, natus erat, quem bello Perſico quindecim omnino annorũ, lib. XLIV. fuiſſe ſcribit. Falſum etiam quod Scipionis ex filia nepotem adoptione filium appellat. Scipio enim Aimilianus, qui & ipſe euerſa Carthagine Africanus eſt appellatus, L. Aimilii Paulli naturalis filius fuit, Africani ſororis filius, eiusq. adoptione nepos. Adoptatum enim ab Africani filio Cato apud Ciceronem his uerbis indicat, Quam fuit imbecillis P. Africani filius, is qui te adoptauit? Et Cicero de officiis i. Vt ſuperioris Africani filius, qui hunc Paullo Aimilio natum adoptauerat. In Bruto uero, Ipſum Scipionem accepimus non infantem fuiſſe. filius quidem eius, qui hunc minorem Scipionem a Paullo adoptauit, ſi corpore ualuiſſet, in primis habitus eſſet diſertus.

ſertus. Illud etiam haud ſcio an recte Appianus, quod in Hiſpanienſibus, & de Bellis ciuilibus I. de Aimiliano ſcribit: Verum quum per aetatem, inquit, Cos. fieri non poſſet (erat enim admodum iuuenis) ſenatuſconſultum factum fuit, ut eum Tribunipl. eo anno legibus ſoluerent. Iuuenem appellat Aimilianum quinquagenario maiorem, auctore Velleio Paterculo, quod idem Cicero in Laelio his uerbis oſtendit, Qui conſulatum petiit nunquam, factus eſt Conſul bis, primum ante tempus, iterum ſibi ſuo tempore, reipublicae poene ſero. Mirum igitur quid Appiano uenerit in mentem, ut & iuuenem appellaret, & legibus ſolutum ſcriberet. Nam ne de illa quidem lege quae intra decennium eundem magiſtratum petere uetabat, locus hic intelligi poteſt. Verum quoniam non id mihi conſilii eſt ut omnes hic auctorum errores perſequar, ſinem faciam, ſi unum hoc addidero quod ad Africanorum familiam pertinet. Scribit Valerius lib. IIX. cap. XVI. Imaginem Africani in cella Iouis opt. max. poſitam honoris atque dignitatis cauſa, quae, quotieſcunque munus aliquod Corneliae gentis celebrandum eſſet, inde peteretur. Proprium ergo hoc & peculiare Africanorum erat, ut illud Poplicolarum & Tubertorum, quos in urbe ſepeliri conſueuiſſe Cicero & Plutarchus oſtendunt.



# CORNELIORVM. MALVGINENSIVM. FAMILIA

SER. CORNELIVS. L. F. *N. MALVGINENSIS. COS. cum Q. Fabio. AN. CCLXIIX. Caſſiodorus. Liuius lib. II. Dionyſius lib. IIX.

L. CORNELIVS. SER. F. L. N. MALVGINENSIS. COSSVS. COS. cum Q. Fabio. AN. CCXCIV. Caſſiodorus. Liuius lib. III. Dionyſius lib. X.

M. CORNELIVS. SER. F. L. N. MALVGINENSIS. XVIR. L. L. M. SCRIBEND. C. AN. CCCIII. Diony. lib. X. Liui. lib. III.

M. CORNELIVS. M. F. SER. N. MALVGINENSIS. COS. cum L. Papiſio. ANN. CCCXVII. Liuius lib. V.

M. CORNELIVS L. F. SER. N. MALVGINENSIS. Nullum magiſtratum eſt adeptus.

P. CORNELIVS M. F. L. N. MALVGINENSIS COSSVS. DICT. R. G. C. AN. CCCXLV. Volſcos ad Antium proelio uicit. TR. MIL. ANN. CCCXLVII. Liuius li. IV.

CN. CORNELIVS M. F. L. N. MALVGINENSIS COSSVS TR. MIL. ANN. CCC

a

A. CORNELIVS L. F. SER. N. MALVGINENSIS. COSSVS. COS. cũ T. Quinctio. AN. CCCXXV. Caſſiodorus. Larte Tolumnio Veientium rege interfecto, de eo ſpolia opima ſecundus a Romulo conſecrauit. Liuius li-

b

CN. CORNELIVS L. F. SER. N. MALVGINENSIS. COSSVS. TR. MIL. ANN. CCCXLVII. Liui. lib. V.

M. CORNELIVS M. F. M. N. MALVGINENSIS CENS. cum L. Papirio. AN. CCCLXI. Liuius lib. V.

SER. CORNELIVS. P. F. M. N. MALVGINENSIS. TR. MIL. ANN.

c

P. CORNELIVS M. F. M. N. MALVGINENSIS TR. MIL. AN. CCCXLIX. Liuius lib. IV. TR. II. ANN. CCCLVI. TR. III. AN. CCCLXIII. Liuius li. V.

M. CORNELIVS P. F.

d

A. CORNELIVS M. F. M. N. MALVGINENSIS. De quo nihil accepimus.

CN. CORNELIVS A. F. M. N.

e

a

XLIX. Liuius lib. IV.

b

bro IV. Valerius lib. III. cap. II. Virg. lib. VI. MAG. EQ. Mam. Aimilio Dict. AN. CCCXXVII. TR. MIL. AN. CCCXXVII. COS. II. cum L. Furio. ANN. CCCXL. Liuius lib. IV.

I

A. CORNELIVS. A. F. L. N. MALVGINENSIS. COSSVS. DICT. R. G. C. ANN. CCCLXIX. Volſcos acie uicit, caſtra corũ cepit, & diripuit: deq. iis triumphauit. Liuius lib. VI. TR.

c

CCCLXIIX. CR. II. ANN. CCCCLXIX. CR. III. AN. CCLXX. TR. IV. AN. CCCLXXII. TR. V. ANN. CCCLXXIV. TR. VI. AN. CCCXXCIII. TR. VII. AN. CCCXXCV. Haec Liuius li. VI.

I

SER. CORNELIVS. SER. F. P. N. MALVGINENSIS MAG. EQ. T. Quinctio Dict. ANN. CCCXCIII. Liuius libro VII.

d

M. N. MALVGINENSIS TR. MIL. ANN. CCCXXCIV. TR. II. ANN. CCCXXXVI. Liui. li. VI.

e

MALVGINENSIS. De quo nihil accepimus.

I

CN. CORNELIVS. A. F. M. N. COS. cum L. Furio. AN. CCCXLIV. Caſſiodorus. Liuius lib. IV. TR. MIL. ANN. CCCXLV. TR. II. ANN. CCCLII. Liuius li. V.





MIL. ANN. CCCXXCIV. TR. II. ANN. CCCXXCVI. Liuius lib. VI.

I

P. CORNELIVS. A. F. A. N. COSSVS. ARVINA.
De quo nihil accepimus.

I

A. CORNELIVS. P. F. A. N. COSSVS. ARVINA.
MAG. EQ. T. Manlio Dict. ANN. CD. MAG. EQ. II. AN. CDIV. COS. cum M. Valerio. AN. CDX. Caſſiodorus. Liuius lib. VII. Cicero de Diuinat. I. COS. II. cum Cn. Domitio. AN. CDXXI. Caſſiodo. DICT. ANN. CDXXXI. Liuius lib. IIX.

I

P. CORNELIVS. A. F. P. N. COSSVS. ARVINA.
COS. cum Q. Marcio. AN. CDXLVII. Caſſiodorus. Liuius lib. IX. CENS. cum C. Marcio. ANN. CDLIX. COS. II. cum Q. Marcio. CDLXV. Caſſiod. Liuius lib. X.

---

# CORNELIORVM. SCIPIONVM. FAMILIA

P. CORNELIVS. *F. *N. SCIPIO. MAG.EQ. M.Furio Camillo Dict.ANN.CCCLVII.TR. MIL. ANN.CCCLIIX. TR.II.ANN.CCCLIX. Liuius lib.v.

I

P. CORNELIVS. P. F. *N. SCIPIO. PRIMVS.AEDIL.CVR.ANN.CCCXXCVII. Liuius lib.vii.

P.DECIVS P.F.Q.N.MVS.PONTIFEX. MAX. Liuius lib. X.COS.cum M.Valerio. ANN. DCXLI. Caſſiodorus. Diodorus lib.XIX.Hunc grauiter in magiſtratu aegrotaſſe, Liuius lib. IX. ſcribit : auctor uero de uiris illuſtribus,I. Conſulatu de Samnitibus Decium triumphaſſe tradit. quod ſane uetus inſcriptio, quam ſupra retulimus,comprobare uidetur. COS.II.cum Q.Fabio.ANN.CDXLV. Caſſiodorus. Diodorus lib.XX. MAG. EQ P. Cornelio. Dict. AN.CDXLVII.CENS. cum Q.Fabio.AN.CDLIX.Liuius IX.COS.III.cum Q.Fabio. AN.CDLVI. Imperium illi ut rem in Samnio gereret, in annum ſequentem prorogatum. Murgantiam ualidam gentis urbem ui cepit, inde Romuleam, mox Ferentinum.Liuius lib.x. COS.IV.cum Q Fabio.AN.CDLIIX.pro patria,exemplo patris, bello Etruſco ſe deuouit. Liuius lib.x.Plinius lib.XXIIX.cap. II. Cicero lib.de Finibus II. Tuſculana I.In Catone.Pro Sextio.Pro Domo.De Natura deorum III.auctor ad Herennium lib.IV. Valerius lib.v.cap.VI.

I

P.DECIVS.P.F.P.N.MVS.COS.cum P.Sulpicio.ANN CDLXXIV.In proelio contra Pyrrhum occiſus eſt.Cicero lib.de Finibus II.& Tuſculana I.Eutropius lib.II.

---



# CAECILIA . GENS

VARIAS & diuerſas fuiſſe ueterum de Caeciliae gentis origine opiniones,teſtis eſt libro III.Feſtus Pompeius:Nam alii a Caeculo,qui Praeneſte condidit, ortos Caecilios , alii uero a Caecade Troiano Aeneae comite ſic nominatos exiſtimarunt. Tertiam ipſe quoque Pompeius nominis rationem affingit, qui a caculis deducit.cacula autem ſeruus militis dicitur. unde illud Plauti, Video caculam militarem. Quod ſi uerum eſt, ſine diphthongi nota Cecilios, cum eruditiſſimo acerrimiq. iudicii uiro Seb.Corrado, ſcribendos exiſtimarem: neque tamen his in rebus nimium laboro,quibus plerumque fidem & auctoritatem antiquitas derogare uidetur. Princeps & parens huius gentis L.Caecilius,opinor, eſt, qui cum Seruilio Conſul fuit, & praetor a Gallis una cum exercitu oppreſſus eſt. Nemo enim de Caeciliis ante hunc ( quod quidem ueterum annalium monumenta declarent) curulem magiſtratum geſſit. Verum hi in tantum deinde maximis ampliſſimisq. honoribus aucti ſunt, ut Naeuius poeta, fato Metellos fieri Conſules dicere non dubitarit, ut eſt apud Pedianum . Qua de re ſic Paterculus libro II.ſcribit, Vt paullo ante Domitiae familiae, ita Caeciliae notanda claritudo eſt, quippe intra XII.ferme annos huius temporis Coſſ.fuere Metelli, aut

Cenſores,

Cenſores, aut triumpharunt amplius XII. Vt appareat quemadmodum urbium imperiorumque, ita gentium nunc florere fortunam, nunc ſeneſcere, nunc interire. Metelli uero a metellis, qui in lege militari dicuntur quaſi mercenarii, nominati ſunt, auctore Accio. Reliqua Caeciliorum cognomina ex deuictis gentibus ducta ſunt. Legitur epigramma L. Caecilii eius qui Aſdrubalem uicit, in antiquitatibus urbis, eiuſmodi.

S : P . Q : R:
L . CAECILIVS . L . F . METELLVS
PONT . MAX . COS . II . DICTATOR . MAG. EQ.
XV . VIR . AGRIS . DANDIS . QVI . PRIMVS
ELEPHANTOS . PRIMO . PVNICO . BELLO . DVXIT
IN . TRIVMPHO . PRIMARIVS . BELLATOR
OPTVMVS . ORATOR . FORTISSIMVS . IMPERATOR
AVSPICIO . SVO . MAXIMAS . RES . GESSIT
MAXIMO . VSVS . HONORE . SVMMA . SAPIENTIA
MAX . SEN . PARTAM . EX . AEQVO
PECVNIAM . MAGNAM . SING . L . RELIQVIT
CLARISSIMVS . IN . CIVITATE . FVIT . TRIBVTVM
EI . VT . QVOTIES . IN . SENATVM . IRET . CVRRV
VEHERETVR . AD . CVRIAM . QVOD . A CONDITO
AEVO . NVLLI . ALII . CONTIGIT



L. CAECILIVS. C. F. *N. METELLVS. COS. cum C. Seruilio. ANN. CDLXIX. Caſſiodorus. PR. anno ſequenti, a Gallis una cum exercitu oppreſſus eſt. Epitome XII.

I

L. CAECILIVS. L. F. C. N. METELLVS. PONT. MAX. Dionyſius lib. II. Plinius lib. VII. cap. XLIII. Epitoma XIX. Valerius lib. I. c. IV. Cicero in Catone. COS. cum C. Furio. AN. DII. Proconſul in Sicilia Aſdrubalem uicit. XXM. Carthaginenſium caeſis, elephantis XXVI. interfectis, CIV. capitis, de Poenis ſpecioſiſſimum triumphum egit. Polybius lib. I. Epitoma XIX. Eutropius lib. II. Plinius lib. IIX. cap. VI. MAG. EQ. A. Atilio Dict. ANN. DIV. COS. II. cum N. Fabio. ANN. DVI. Caſſiodorus. Plinius lib. VII. cap. XLIII. DICT. COMIT. HABEND. C. ANN. DXXIX. Plinius lib. VII.

I

Q. CAECILIVS. L. F. L. N. METELLVS. MAG. EQ. M. Liuio Dict. ab eodem COS. creatus eſt, cum L. Veturio. AN. DXLVII. Liuius lib. XXIIX. DICT. COMIT. HABEND. C. ANN. DXLIIX. Liuius lib. XXIX. Meminit Cicero in Bruto. A

A

Q. CAECILIVS. Q. F. L. N. METELLVS MACEDONICVS. PR. ANN. DCV. Andriſcum qui Pſeudo Philippus dictus eſt, uicit, unde Macedonicus dici meruit. Prorogatoq. imperio Achaeos Boeotosq. ſuperauit, & de Andriſco triumphauit. Epitoma XLIX. & LI. Velleius lib. II. Eutropius lib. IV. COS. cum Ap. Claudio. ANN. DCX. Caſſiodorus. Oroſius lib. V. cap. II. Proconſul Celtiberos caecidit. Epitoma LIII. Florus lib. II. cap. XVII. CENS. cum Q. Pompeio. AN. DCXXII. Et tum primum uterque e plebe Cenſores facti. Epitoma LIX. A

L. CAECILIVS. Q. F. L. N. METELLVS. CALVVS. COS. cum Q. Fabio. ANN. DCXI. Caſſiodorus. Cicero ad Atticum XII. Iulius Obſequēs. Meminit Valerius li. IIX. cap. V.

I

L. CAECI

e

| A | A | A | A |
|---|---|---|---|
| Q. CAECILIVS Q. F. Q. N. METELLVS, QVI | L. CAECILIVS Q. F. Q. N. METELLVS. DIA- | M. CAECILIVS Q. F. Q. N. METELLVS. COS. | C. CAECILIVS Q. F. Q. N. CAPRARIVS. COS. |
| a | b | c | d |

POSTEA BALEARICVS. APP. E. COS. cũ T. Quinctio. ANN. DCXXX. Caſiodorus. Eutropius li. IV. Oroſius li. V. cap. XI. Baleares uicit, deq. iis triumph. Florus lib. III. cap. IIX. Epitoma LX. Strabo lib. XIII.
CENS. cum Q. Seruilio ANN. DCXXXIII. Cicero lib. de Finibus V. & poſt reditum ad Quirites.

I

Q. CAECILIVS Q. F. Q. N. METELLVS. NEPOS. COS. cum T. Didio. ANN.

DEMATVS COS. cum Q. Mucio. ANN. DCXXXVI IN HOC. HONORE. DALMATICVS E. APP. Caſiodorus. Plutarc. in Coriolano. Dalmatas ſubegit, deq. iis triũphauit. Epitome LXII. Eutropius lib. IV. De manubiis Dalmaticis aedem II. Caſtoris extruxit. Aſconius Verrina II.

A

L. CAECILIVS L. F. Q. N. METELLVS PR. AN. DCXXCIII. ex Praetura Sici-

uum M. Aemilio. AN. DCXXXIIX. Caſſiodorus. Sardos uicit, deq. iis triumph. Eutropius lib. IV. Velleius II.

I

Q. CAECILIVS L. F. Q. N. METELLVS, QVI POSTEA. CRETICVS AP. E. COS. cum Q. Hortenſio. ANN. DCXXCIV. Caſſiodorus. Meminit Cicero in Verrinis actioni-

cum Cn. Papirio. AN. DCXL. Caſiodorus. Tacitus de moribus Germanorum. Ex Macedonia triũph. Velleius lib. II. II. Eutropius li. IV.

M. CAECILIVS L. F. Q. N. METELLVS. PR. REPETVN. AN. DCXXCIV. Cicero in

LIVS. Q. F. Q. N. METELLVS CALVVS COS. cum L. Aurelio ANN. DCXXXIV. Caſiodorus. Iulius Obſequens. Meminit Plutarch. in Mario.
CENS. cum Cn. Domitio. ANN. DCXXXIIX. Cicero pro Domo. Hi Cenſores artem ludicram ex urbe remouerunt, praeter Latinum tibicinem cum cantore, & ludum talorum, ut eſt apud Caſſiodorum.

I

Q. CAECILIVS. L. F. L. N. METELLVS, QVI. PO-





DCLV. Caſſiodorus. Iulius Obſequens. Huic populus R. quia male aduerſus Cimbros rem geſſit, imperium abrogauit, ut ſcribit Aſconius in Cornelianam. A

liam prouinciã obtinuit. Cicero in Verrem. COS. DES. cum Q. Marcio. ANN. DCXXCV. antequam iniret mortuus eſt. Dio libro XXXV.

bus. Cretam inſulam ſubegit, & triumph. Epitoma XCIX. Dio lib. XXXVI.

I

Q. CAECILIVS. Q. L. F. N. METELLVS. CRETICVS. De quo nihil accepimus.

I

Q. CAECILIVS. Q. F. Q. N. METELLVS. CRETICVS. COS. cum A. Licinio. ANN. DCCLIX. Caſiodorus Dio lib. LV.

A

Q. CAECILIVS. Q. F. Q. N. METELLVS. NEPOS. TR. PL. DCXCI. Ciceronem Conſulem concione prohibuit. lib. Epiſt. V. PR. AN. DCXCIII. Dio lib. XXXVII. COS. cum P. Cornelio. AN. CXCVI. Cicero pro Domo. In Piſonem. Plinius lib. VII. cap. XII. Dio lib. XXXIX. Qui tabulas capitolinas ſupplent L. N. hunc appellant: ego Ciceronem ſecutus ſum, qui lib. Epiſt. V. Metelli Celeris fratrem hunc uocat.

Q. CAECILIVS. Q. F. Q. N. CELER. PR. AN. DCXCV. Cicero pro Sulla. COS. cum L. Afranio. ANN. DCXCIII. Caſſiod. Cicero li. I. ad Att. Dio lib. XXXVII.

STEA NVMIDICVS E. APP. COS. cũ M. Iunio. AN. DCXLIV. Caſiodorus. Cicero in Bruto, pro Cornelio, & ibi Aſconius. Prouinciam Numidiam ſortitus, duobus proeliis Iugurtham fudit. Thalam oppidum cepit, & uniuerſam Numidiam uaſtauit. Romam reuerſus ex Numidia triumph. Epitome LXV. Salluſtius in Iugurth. Florus lib. III. Eutropius lib. IV. Rogatione Saturnini Tribuni pl. Mario, Valerio COSS. in exilium pulſus, reuocatus ingenti fauore pop. Antonio, Poſtumio COSS. Plutarch. in Mario Appianus lib. I. Cicero pro Sextio, & in Piſonem. Epitoma LXIX.

I

Q. CAECILIVS. Q. F. L. N. METELLVS. SCIPIO PIVS. COS. cum L. Sulla. ANN. DCXXIII. Caſiodorus. Appianus lib. I. Velleius II. Bellum aduerſus Sertorium in Hiſpania

geſsit.Plutarch.in Sertorio.Valerius lib.IX.cap. I.

I

Q. CAECILIVS. Q. F. Q. N. METELLVS. PIVS. SCIPIO. cos.cum Cn.Pompeio.ANN.DCCI. Caſsiodorus. Poſt Pompeii caedem aduerſus Caeſarem in Africa bellum geſsit, a quo uictus, cum Hiſpaniam peteret, P.Sitii claſſe circunuentus interiit. Epitoma CXIV. Hirtius lib V. Dio lib. XLIII.



# AELIA. GENS

POMPONIVS I.C. in tit.Pandect.De orig.iuris, Aeliam patriciam gentem appellat. Verum ſicut aliis in locis parum firmamenti tota illa Pomponii diſputatio habet, ſic in hoc loco cum Aelium Tuberonem patricium fuiſſe ſcribit, perſpicue falſum tradit. Nam ut hoc omittam, Tribunos pl.ex Aeliis complutes fuiſſe, (quod ſane hac in re ſolet ualere plurimum) illud certe ſatis magno argumento nobis eſſe debet, quod cum Conſulum alter e plebe, alter e Patriciis crearetur, auctore Liuio Aelii cum Patriciis ſemper, nunquam cum plebeis comparati ſint. Qui enim primus Aeliorum Conſulatum eſt adeptus, collegam Sulpicium habuit, ſecundus Fabium, tertius Seruilium, quartus Valerium, uſque ad annum DXXCI. quo quidem anno duo primum e plebe Coſſ. creati ſunt, C.Popillius, & P. Celius: ut in tabulis Capitolinis notatum uidemus. Celiorum autem alii Paeti ſunt, alii Tuberones, Ligures, Cati, & Lamiae. Paeti cognomen qui primus tulit, quod oculis leuiter declinatis eſſet, ſic dictus eſt, teſte Porphyrione in Horatii Satyr. III. Acro tamen eum, cuius oculi huc & illuc celeriter mouerentur, Paetum nominatum exiſtimat. Hoc Celiorum fuiſſe cognomen Cicero tum in Sextiana, tum etiam in Cluentiana demonſtrat, cum ait, Quid tu, inquit,

Paete. hoc enim ſibi Stalenus cognomen ex imaginibus Aeliorum delegerat, ne, ſi ſe Ligurem feciſſet, nationis magis ſuae, quam generis uti cognomine uideretur. Vbi tamen in omnibus, quos ego quidem uiderim libris, Pacete pro Paete corrupte legitur. Cati a P. Aelio dicti ſunt, quem Ennius, quia Iuris ciuilis omnium peritiſſimus eſſet, catum, id eſt ſapientem, auctore Varrone, appellauit. Lamiae uero a Lamo Formiarum tyranno. Horatius libro Carminum III.

Aeli uetuſto nobilis ab Lamo.
(Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, & nepotum
Per memores genus omne faſtos)
Auctore ab illo ducis originem
Qui Formiarum moenia dicitur
Princeps, & innantem Maricae
Littoribus tenuiſſe Lyrim
Late tyrannus.





P. AELIVS.* PAETVS. QVAESTOR. Cornelio, Furio coss. Liuius lib. IV.

I

P. AELIVS. P. F. *N. PAETVS. cos. cum C. Sulpicio. AN. CDXVI. Caſſiodorus. Liuius lib. IIX. Diodorus lib. XVII. Papirium perperam appellat.

I

P. AELIVS. P. F. P. N. PAETVS. AVGVR. Liuius X. MAG. EQ. Q. Fabio Dictat. AN. CDXXXII. Liuius lib. IX. Quamquam Aimilius ibi pro Aelio mendoſe librariorum, opinor, uitio legitur.

Q. AELIVS. P. F. P. N. PAETVS. cos. cum M. Valerio. AN. CDLXVII. Caſſiodorus.

P. AELIVS Q. F. P. N. PAETVS AEDILIS. PL. Liuius lib. XXIX. PR. AN. DL. Liuius XXX. MAG. EQ. C. Seruilio Dictatore. AN. DLI. Liuius lib. XXX. COS. cum Cn. Cornelio. AN. DLII. His coss. pax Carthaginenſibus data. Liuius eodem. Appianus in Punicis. Meminit Plinius lib. XIIX. cap. XIIX. Oroſius lib. IV. cap. XIX. CENS. cum P. Cornelio. AN. DLIV. Liuius lib. XXXII. Plutarchus in Africano. PR. II. ANN. DLXEVI. Liuius lib. XLI. Meminit Pomponius in titulo De origine iuris.

I

Q. AELIVS. P. F. Q. N. PAETVS. Legatus Paulli bello Macedonico. Liuius lib. XLIV. Plutarchus in Paullo. cos. cum M. Iunio. ANN. DXXCVI. Liuius lib.

SEX. AELIVS. Q. F. P. N. PAETVS. CATVS. COS. cum T. Quinctio. AN. DLV. Liuius lib. XXXIII. Plutarchus in Flaminino. CENS. cum C. Cornelio. AN. DLIX. Liuius lib. XXXIV. Aſconius in Cornelianam. Hic ciuilis ſcientiae omnium peritiſſimus habitus eſt, ob eamq. cauſſam Catus ab Ennio eſt appellatus. Cicero in Bruto, lib. de Oratore I. Tuſculana I. & Catone, ubi pro Sex. Aimilio, Aelio reponendum arbitror. Varro lib. de lingua Latina VI. Pomponius titulo de Origine iuris.

P. AELIVS. P. F. P. LIGVS. cos. cum C. Popillio. AN. DXXCI. Liuius lib. XLII.

L. AELIVS. P. F.* N. LAMIA cos. cum M. Seruilio. AN. DCCL-

XLV. Caſſiodorus. Meminit Cicero in Bruto. & Catone, & Iulius Obſequens: ſed ibi deprauata ſunt COSS. nomina. Valerius quoque lib. IV. cap. III. & IV. Paulli filiam in matrimonio habuit. Plutarchus in Paullo.

IV. Caſſiodorus. Dio lib. LV.

SX. AELIVS. Q. F.* N. CATVS COS. cum C. Sentio. ANN. DCCLVI. Caſſiodorus. Dio lib. LV. Auctor hic fuit legis Aeliae Sentiae.



I

Q. AELIVS. Q. F. P. N. TVBERO. Hunc uita & oratione durum, incultum, horridum fuiſſe, eamq. ob cauſſam honoribus ſuorum maiorum reſpondere nō potuiſſe, Cicero de claris oratoribus ſcribit. Apparet ergo Pomponiū IC. Cū COS. Tuberonem fuiſſe tradit, rerum Rom. (ut leuiſſime dicam) inſcitia lapſum eſſe. Tantum enim abeſt ut Conſul fuerit Tubero, ut ne Praeturam quidem ſit adeptus. Cum enim in epulo Q. Maximi, pelliculis haedinis Punicanos lectulos ſtrauiſſet, & uaſa Samia expoſuiſſet, grauiter tulit populus hanc peruerſam ſapientiam Tuberonis. Itaque cum eſſet L. Paulli nepos, P. Africani ſororis filius, Praetura deiectus eſt, ut Cicero in Mureniana teſtatur: & Valerius lib. VII. cap. V. AELII TVBERONES

I

L. AELIVS. Q. F. Q. N. TVBERO. Graecis & Latinis litteris eruditiſſimus, antiquitatisq., & in inuentis rebus & in actis, ſcriptorumq. ueterum litterate peritus habitus eſt. Cicero in Bruto.

I

L. AELIVS. L. F. Q. N. TVBERO. PR. Ibetiam prouinciam obtinuit. Plutarchus in Caeſare.

I

L. AELIVS. L. F. L. N. TVBERO. Legatus Q. Ciceroni in Aſia. Cicero libro ad Q. Fr. I. & pro Plancio. Hunc, cum in Africam bello ciuili Pompeiano, cum imperio miſſus a Senatu eſſet, & Vticam ueniſſet, Actius Varus portu atque oppido prohibuit, neque affectum ualetudine filium exponere in terram paſſus eſt, ſed ſublatis anchoris excedere eo loco coegit. Caeſar lib. de Bello ciuili I. Cicero pro Q. Ligario.

I

Q. AELIVS. L. F. L. N. TVBERO. Ligarium apud Caeſarem Dictatorem accuſauit, defendente Cicerone. a cauſſis agendis ad ius ciuile ſe contulit. Pōponius De origine iuris. Cicero pro Q. Ligario.

I

Q. AELIVS. Q. F. L. N. TVBERO. COS. cum Paullo Fabio. ANN. DCCXLII. Caſſiodorus. Dio lib. LIV. Plinius lib. IIX. cap. VII.

# DOMITIA. GENS

DVAS Domitiae gentis fuiſſe familias, auctor eſt in Nerone Suetonius: quarum una Caluinorum eſt, Ahenobarborum altera. Ex Caluinis quattuor omnino curules magiſtratus geſſerunt. Ahenobarbi uero maximis ampliſſimiſque perfuncti honoribus, multis aetatibus ſumma cum laude in Republica floruerunt. Hi ſuae familiae principem ac cognominis auctorem L. Domitium nuncupant: cui rure reuertenti iuuenes gemini imperaſſe dicuntur, nuntiaret Senatui ac populo Rom. uictoriam, qua de incertum adhuc erat, atque in fidem maieſtatis adeo permulſiſſe malas, ut e nigro rutilum, aeriq. aſſimilem capillum redderent: quod inſigne manſit in poſteris eius, quamobrē etiam Ahenobarbi nominati ſunt. Id bello Latino quod cum Tarquiniis Romani geſſerunt, Plutarchus in Paullo, Dionyſius lib. VI. Cicero de Natura deorum 2. & Tuſculana diſputatione 1. accidiſſe ſcribunt. Hanc Ahenobarborum familiam Suetonius inter patricios allectam tradit, quod (pace tanti uiri dixerim) uereor ut ſatis exploratum ſit: cum inter omnes ſatis conſtet Trib. pl. Ahenobarbos fuiſſe, quo quidem honore patricii, ſacratis legibus, excludebantur. Errat quoque, cum ſeptem Conſulatus Ahenobarbis attribuit: nouem enim ſunt, quod faſti declarant. De hac familia ſic Velleius lib.

II. lo-



II. loquitur, Notetur Domitiae familiae peculiaris quaedam, & ut clariſſima, ita artata numero felicitas, uti ante hunc nobiliſſimae ſimplicitatis iuuenem Cn. Domitium, fuere ſingulis omnino parentibus geniti, ſed omnes ad Conſulatum ſacerdotiaq., ad triumphi autem paene omnes peruenerunt inſignia. Mirum ſane quod triumphi inſignia poene omnes cōſecutos ſcribit, quae tamen ante oppreſſam ab Imperatoribus Rempublicam concedi moris non fuiſſe, nemo eſt paullo eruditior, qui dubitare poſſit. Sed ut hoc relinquam, ne triumphaſſe quidem quemquam ex Domitiis, praetere um, quo de agit Paterculus, ueteres, quod quidem ſciam, tradiderunt.

CALVINORVM. FAMILIA

CN. DOMITIVS.* CALVINVS. COS. cum A. Coruelio. ANN. CDXXI. Liuius lib. IIX.

CN. DOMITIVS. CN. F.*N. CALVINVS. CENS. cum Q. Fabio. AN. CDLXXIV. PRIMVS. E. PLEBE. LVSTR. F. Epitome XIII.

C. DOMITIVS. CN. F.*N. CALVINVS. AEDILIS. CVRVL. Liuius lib. X. Plinius lib. XXXIII. cap. I. COS. cum P. Cornelio. AN. CCLXX. Caſſiodorus.

FVIT. SINE. HONORE. CONSVLARI. CALVINORVM FAMILIA. ANNIS. AMPLIVS DVCENIIS.

## AHENOBARBORVM FAMILIA

CN. DOMITIVS. L. F. L. N. AHENOBARBVS. PR. AN. DLIX. Liuius lib. XXXIV. COS. cum L. Quinctio. ANN. DLXI. Liuius lib. XXXV.

I

CN. DOMITIVS. CN. F. L. N. AHENOBARBVS. COS. cum P. Cornelio. AN. DXCI. Hos COSS. prioribus abd. ſuff. in tabulis Capitolinis reperio.

I

CN. DOMITIVS. CN. F. CN. N. AHENOBARBVS. TR. PL. Cicero pro Scauro. & Aſconius. COS. cum C. Fannio. AN. DCXXI. Caſſiodorus. Cicero in Bruto. Allobrogibus, Auernisq. ſuperatis, elephanto per prouinciam uectus eſt, turba militum quaſi inter ſolemnia proſequente: deq. iis triumphauit. Velleius lib. II. Epitome LXI Florus lib. III. c. II. Eutropius lib. IV. Vbi Sex. Caluinus mendoſe ſcriptum eſt. Valerius lib. IX. cap. VI. Suetonius in Tiberio hoc CN huius filio perperam tribuit. CENS. cum L. Caecilio AN. DCXXXIIX. Caſſiodorus. Epitome LXII.

CN. DOMITIVS M. F. M. N. CALVINVS. COS. cum M. Valerio. ANN. DCC. Dio lib. XL. Legatus Caeſaris bello ciuili, Scipionem duobus proeliis uicit. Gomphos, Theſſaliae oppidum, ui cepit. A Pharnace bello Alexandrino ſuperatus eſt & profligatus. Dio lib. XLI. & XLII. Caeſar lib. de Bello ciuili III. Hirtius lib. IV. ubi P. mendoſe ſcriptum eſt. COS. II. cum C. Aſinio. AN. DCDXIII. Caſſiodorus. Dio lib. XLIIX.

A



CN. DOMITIVS. CN. F. CN. N. AHENOBARBVS. PONT. MAX. Epit. LVII. TR. PL. C. Mario. III. L. Aurelio. COSS. legem de Sacerdotiis tulit. Cicero in Rullum, orat. II. ad Brutum, Epiſt. V. Velleius lib. II. Suetonius in Nerone. Dio lib. XXXVII. Memit Valerius lib. VI. cap. V. COS. cum C. Caſſio. ANN. DCLVII. Caſſiodorus. CENS. cum L. Licinio. AN. DCLXI. Cicero lia. de Orat. II. Gellius lib. XV. cap. XI. Valerius lib. IX. cap. I.

L. DOMITIVS. CN. F. CN. N. AHENOCARBVS. PR. Siciliam prouinciam obtinuit. Cicero de Suppliciis. Valerius lib. VI. cap. III. COS. cum C. Coelio. AN. DCLIX. Caſſiodorus. Obſequens. Aſconius in Corneliana.

I

L. DOMITIVS. CN. F. CN. N. AHENOBARBVS AEDILIS. CVRVLIS, urſos Numidicos centum, & totidem Aethiopas uenatores in circo Romano edidit M. Meſſalla, M. Piſone COSS. atque ſic legendum exiſtimo Solini locum cap. XXXIIX. Idem ſcribit Plinius lib. IIX. cap. XXXVI. PR. AN. DCXCV. COS. cum Appia. Claudio. AN. DCXCIX. Caſſiodorus. Caeſar lib. de Bello Gallico V. Ex Conſulatu in Galliam ulteriorem profectus proconſulari imperio, Corfinii a Caeſare obſeſſus, captus, atque incolumis dimiſſus, ad Pompeium ſe contulit: poſt Pharſalicam pugnam, ex caſtris in montem refugiens, ab equitibus eſt interfectus. Caeſar lib. III. Dio lib. XLI. Suetonius in Nerone. Appianus II. Lucanus VII. Cicero ad Atticum IIX. & XVI. Familiar. in Bruto. Philipp. XIII. Aſconius pro Scauro. Plutarch. in Catone. Meminit Plinius lib. VII. cap. LIII.

I

CN. DOMITIVS. L. F. CN. N. Lege Pedia dãnatus, ad Caſſium & Brutum fugit, poſt utriusque interitum cum Antonio ſe coniunxit. COS fuit cum C. Soſio. AN. DCCXXI. Caſſiodor. Bello uero ciuili Antoniano tranſiit ad Auguſtum, & paucis poſt diebus mortuus eſt. Suetonius in Nerone. Velleius lib. II. Appianus lib. V. Plutarchus in Antonio. Dio lib. XLIIX. & L.

B

CN. DOMITIVS CN. F. L. N. AHENOBARBVS. Arrogans, profuſus, immitis. AEDIL. CVRVL. L. Plancum Cenſorem, uia ſibi decedere coegit. Sueto. in Nerone.

I

CN. DOMITIVS CN. F. CN. N. AHENOBARBVS. COS. cum M. Furio. AN. DCCXXCIV. Suetonius. Tacitus lib. v. Dio lib. LIIX.

I

CN. DOMITIVS CN. F. CN. N. AHENOBARBVS, adoptatus ab Imp. Claudio. IMP. NERO CLAVDIVS DOMITIANVS E. APP. De quo ſuo loco.

L. DOMITIVS CN. F. L. N. AHENOBARBVS. COS. cum P. Cornelio. ANN. DCCXXXVII. Caſsiodorus. Dio lib. LIV. Velleius lib. II.

I

CN. DOMITIVS. L. F. CN. N. AHENOBARBVS. Meminit Paterculus libro . II.

---



# CLAVDIA. MARCELLORVM. GENS

ALTERA haec Claudiorum gens eſt, & quidem plebeia. Regillenſes enim Claudii, item Pulchri, & Nerones patricii ſunt, plebeii Marcelli. Licet autem condicio harum gentium diuerſa ſit, originem certe utriuſque gentis eandem prorſus eſſe opinor. Hoc uero quid ſit, breuiter aperiendum cenſeo. Tres potiſſimum cauſſas reperio, quare unius gentis ac nominis familiae, patriciae aliae ſint, aliae plebeiae. Prima eſt, diuerſa & diſſimilis generis origo. Sic Tullii alii a Ser. Tullio, alii a Tullo Actio Volſcorum rege orti ſunt & procreati: illi Patricii, hi Plebeii: illi Longi, hi Cicerones cognominati ſunt. qua de re Cicero de Claris oratoribus: quod idem de Sulpiciis libro III. Tacitus tradit. Haec prima cauſſa eſt. Altera, crebrae familiarum ad plebem tranſitiones: cuius rei Suetonius auctor eſt, qui Octauiam gentem inter Patricios allectam, ad plebem tranſiſſe ſcribit. Parem & ſimilem Calpurniae, Pomponiae, Marciae, Muciae, eandem quoque huius Claudiae gentis rationem eſſe duco: ut quae ex Sabinis oriunda, cum Actio Clauſo in urbem migrarit, longo deinde temporis interuallo ad plebem ſe contulerit, cuius quidem rei cauſſam nemo adhuc tradidit, ego hanc eſſe ueriſſimam exiſtimo, quam licet perſpicere, ſi & memoriam temporum replicare, & reip. Romanae ſtatum

diligenter

diligenter perpendere uelimus. Perſpicuum enim eſt, conſtatq. inter omnes, honores, magiſtratus, imperia, in populi fuiſſe poteſtate: eaq. omnia ad nutum & arbitrium multitudinis adminiſtrata eſſe, nemo eſt qui uel primis (ut dicitur) labris hiſtoriam populi Rom. attigerit, qui ignoret: & exēpla huius rei clara & illuſtria paſſim apud auctores extant. Hinc factum eſt, ut qui honores & magiſtratus peterent, plebi ſe uenditarent, a patrum grauitate ad imperitae multitudinis potentiam deſciſcerent, gentes denique, familias, ſacra. qui maxime populares haberi uellēt, miſcerent & perturbarent. Accedit eodem illud quoque, ut qui populari luce, qui magiſtratibus & honoribus, multis aetatibus, caruiſſent, non ii iam in patriciis, ſed plebeiis numerarentur: quod quidem certe Pomponiis, quorum clariſſima origo eſt, accidiſſe uideo. Hoc etiam, opinor, eſt, quod Scaurum plebeium & nouum hominem Paedianus & Plutarchus appellant, quum & nobilis ſit, & maiorum gentium patricius. Tertia uero & ultima cauſa eſt, ciuitatis beneficium. Qui enim ciuitate donati ſunt, cum liberti, tum etiam ii quibus uirtutis cauſa id tributum eſt, patricii non fiunt, ſed plebeii. Sic Cornelius Balbus Hiſpanus uir conſularis & triumphalis plebeius eſt, non autem patricius, & ſic de reliquis omnibus, qui a Sulla ciuitate donati ſunt, iudicandum uidetur. Has tres omnino cauſas reperio, quare unius nominis familiae patriciae ſint & plebeiae. Neque tamen ignoro etiam adoptionem cauſam huiuſce rei a quibuſdam numerari, haud ſcio an recte. Neque enim M. Brutus plebeius a Q. Caepione patricio adoptatus, neque item P. Scipio patricius a Q. Metello plebeio adoptatus, patriciam Brutorum, aut Scipionum plebeiam familiā conſtituunt. Solus enim is qui adoptatur, adoptantis condicionem ſequitur

quitur



quitur, non autem gens uniuerſa aut familia aliqua. Haec eo pertinent, ut intelligamus Claudios Pulchros a Marcellis nulla alia niſi condicionis ratione differre, origine plane eoſdem eſſe. Plutarchus Poſidonium ſecutus, Marcellum a Marte deducit, quod facile concedo, uel antiquitatis cauſa. Illud ſane permirum mihi uidetur, quod idem M. Claudium, qui quintum Cos. fuit, Marcellum, propter egregiam rei militaris ſcientiam, primum nominatum ſcribit. Veterum enim annalium monumenta, quae & Liuius & reliqui ſecuti ſunt, patrem & auum Marcellum appellant. Atque unicum huius gentis cognomen hoc eſt, quod in aliis fortaſſe gentibus non item: rectius certe familiam quam gentem appellabimus, quū gens ex multis familiis conſtet. Et haec cauſa eſt cur de tranſitione Marcellorum ad plebem, ſuſpicari mihi primum in mentem uenerit, rectene ac ſecus, doctiorum eſto iudicium.

M.CLAVDIVS. *F. *N. MARCELLVS. cos. cum C. Valerio. ANN. CDXXII. Liuius lib. IIX. DICT. COMIT. HABEND. C. ANN. CDXXVI. Vitio fact. abd. Liuius lib. IIX.

I

M.CLAVDIVS. M. F. *N. MARCELLVS. cos. cum C. Nautio. ANN. CDLXVI. Caſſiodorus.

I

M.CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS. cos. cum Cn. Cornelio. ANN. DXXXI. Gallos acie uicit, occiſo eorum rege Virdumaro, tertia poſt Romulum Feretrio Ioui arma ſuſpendit. Polybius lib. II. Epitome XX. Eutropius lib. III. Valerius lib. III. cap. II. Virgilius lib. VI. COS. II. cum Ti. Sempronio. AN. DXXXIIX. Vitio fact. abd: Liuius lib. XXIII. COS. III. cum Q. Fabio. ANN. DXXXIX. Liuius lib. XXIV. in Siciliam cum imperio profectus, Syracuſas triennio expugnauit, atque Siciliam in pop. R. poteſtatem redegit. Triumphus ei a Senatu negatus. in Albano monte triumph. Liuius lib. XXV. Cicero accuſationis IIII. & V. Valerius l. II. cap. III. & lib. IV. & V. cap. I. COS. IV. cum P. Valerio. ANN. DXLIII. Salapiam opidum in Italia per proditionem recepit, & alia in Samnitibus opida occupauit. Liuius lib. XXVI. COS. V. cum T. Quinctio. ANN. DXLV. Ab Hānibale inſidiis circunuentus, occiſus eſt. Liui. lib. XXVII. Cicero in Catone. Valerius lib. I. cap. VI. & lib. V. cap. I. Plutarch. in uita: qui tamen hac in re tradenda, non ſolum temporum ordines, uerumetiam res geſtas, ſuo more confundit & perturbat.

M.CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS PR. ANN. DLV. Liuius lib. XXXII. COS. cum L. Furio. ANN. DLVII. Gallos tranſpadanos uicit. De Inſubribus & Comenſibus triumph. Liuius lib. XXXIII. CENS. cum T. Quinctio. ANN. DLXIV. Liuius lib. XXXVII. Cicero in Catone.

M. CLAVDIVS M. F. M. N. MARCELLVS. PR. AN. DLXV. Liuius lib. XXXIIX. cos. cum Q. Fabio. ANN. DLXX. Liuius libro XXXIX.

I

M.CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS PR. AN. DXXCIV. Liuius lib. XLIII. COS. cum





C. Sulpicio. ANN. DXXCVII. Liuius lib. XLV. Gallos Alpinos ſubegit. Epitome XLVI. COS. II. cum P. Cornelio. AN. DXCIIX. Caſſiodorus. COS. III. cum L. Valerio. ANN. DCI. Caſſiodorus. Naufragio in Africa periit. Epitoma L. Cicero de Natura deorum II & de Diuinat. IX. Idem de Fato, in Piſonem, & Aſconius.

M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS. Nullum magiſtratum geſſit.

M. CLAVDIVS. M. F. M. N. cos. cum Ser. Sulpicio. AN. DCCI. Caſſiodorus. Cicero ad Atticum IIX. Coelius lib. IIX. Epiſt. Dio lib. XL. Poſt bellum Pomp. deprecante Senatu, a Caeſare in gratiam receptus, antequam in urbem rediiſſet, Athenis in Piraeeo a P. Magione occiſus eſt. Cicero pro Marcello. Ser. Sulpicius lib. IV. Epiſt. ad Ciceronem. Valerius lib. IX. cap. XI.

I

M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS. COS. cum L. Arruntio. ANN. DCCXXXI. Caſſiodorus. Dio lib. LIV.

I

M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS. Octauiani ex ſorore nepos. Aedilis pl. in magiſtratu mortuus eſt. Plutarch. in Marcello. Epitome CXL.

C. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS COS. cum L. Cornelio. ANN. DCCIV. Appianus lib. II. Plutarc. in Pompeio & Caeſare. Dio lib. XLI. Meminit M. Marcellus li. IV. Epiſt. ad Ciceronem.

C. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS. De quo nihil tradunt auctores.

I

C. CLAVDIVS. C. F. M. N. MARCELLVS COS. cum L. Aimilio. ANN. DCCIII. Caſſiodorus. Hirtius li. IIX. Dio lib. XL. Meminit Suetonius in Caeſare.

# MVCIA. GENS

Q. MVCIVS. P. F. *N. SCAEVVLA.
De quo nihil accepimus.

Q. MVCIVS Q.F.P.N. SCAEVVLA. PR. ANN. DLXXXIV. Liuius libro XL. COS. cum Sp. Poſtumio. ANN. DLXXIX. Caſſiodorus. Liuius libro XLI.

I

Q. MVCIVS Q.F.Q.N. SCAEVVLA. AVGVR. Cicero in Laelio. COS. cum L. Caecilio. ANN. DCXXXVI. Caſſiodorus. Meminit Cicero libro de Oratore I.

P. MVCIVS. Q. F. P. N. SCAEVVLA. PR. ANN. DLXXIV. Liuius lib. XL. COS. cum M. Aimilio. ANN. DLXXIIX. Caſſiodorus. Plinius lib. II. capite XXI.

I

P. MVCIVS. P. F. Q. N. SCAEVVLA PONT. MAX. TR. PL. Caepione, Pompeio COSS. Cicero libro de finibus II. PR. ANN. DCXVII. Cicero ad Atticum XII. COS. cum L. Calpurnio. ANN. DCXX. Caſſiodorus. Cicero accuſationis IIII. His COSS. Ti. Gracchus occiſus eſt. Aſconius Verrina II. Cicero pro domo, & in Catilinam. meminit idem Accuſationis IIII. & de Oratore I. Pomponius titulo de Origine iuris. Hunc Plutarchus in Sulla phthiriaſi interiiſſe ſcribit.

I

Q. MVCIVS. P. F. P. N. SCAEVVLA. PONTIFEX. Quaeſtor in Aſia fuit. Cicero de Oratore I. & III. TR. PL. Q. Seruilio, C. Atilio COSS. Cicero in Bruto. AEDILIS. CVRVL. Spectaculum ex leontophonis exhibuit. Solinus cap. XXIX. Meminit Cicero de Officiis II. Accuſationis IIII. COS. cum L. Craſſo. ANN. DCLIIX. Caſſiodorus. Cicero in Bruto. Aſiam prouinciam tam ſancte adminiſtrauit, ut Senatus deinceps in eam prouinciam ituris, exemplum officii Scaeuulam decreto proponeret, in cuius honorem Aſiani diem feſtum Mucia nominarunt.





Valerius lib. IIX. cap. XVI. Aſconius in Diuinat. Cicero Accuſationis II. Ad Atticum V. Bello ciuili a Marianis in ueſtibulo aedis Veſtae occiſus eſt. Epitoma XXCVI. Lucanus lib. II. Florus lib. III. cap. XXI. Velleius lib. II Cicero ad Atticum IIX. Hunc Cicero Iuriſperitorum eloquentiſſimum, & eloquentium iuriſperitiſſimum de Oratore I. nominat. Meminit Pomponius de Origine iuris.

# PORCIA . GENS

EA fuit reipublicae Romanae ratio & conſuetudo, ut peregrinas nationes ſocietatis foedere, Italicas uero gentes ciuitatis iure ſibi coniungeret. Numquam enim a Romanis (ut Cicero pro Balbo ſcribit) intermiſſa eſt largitio & communicatio ciuitatis: quae res, & ad conciliandos animos hominum, & ad augendam potentiam, maximo in imperio adiumento eſſe ſolet. Quorum igitur ſpectata in rempublicam & cognita fides eſſet, iis ciuitatem populus R. largiebatur, non tamen eadem ratione omnibus. Nam aliis cum ſuffragio, aliis uero ſine ſuffragio, ciuitas beneficium tribuebat. illi municipes, hi caerites dicebantur. Municipes ſuo iure & ſuis legibus uiuebant: muneris tantum cum populo Romano honorarii participes erant: a quo munere capeſſendo municipes appellati uidentur. Caerites uero, ciues quidem illi erant, & onera ciuium ſuſtinebant, nullo tamen honore fungebantur, nec ſuffragii ius habebant. Dicti autem Caerites ſunt a Caere opido, quod primum, pro ſacris bello Gallico receptis cuſtoditiſque, ciuitatem ſine ſuffragio accepit. Hinc tabulae Caerites recte non uerſa uice, ut Gellius lib. XVI. cap. XIII. de eadem re contrarie ſcribit, appellatae,



pellatae, in quas Cenſores referri iubebant, quos notae cauſſa ſuffragiis priuabant. Hanc differentiam uſque ad bellum Marſicum duraſſe, quo uniuerſa fere Italia ciuitate donata eſt, licet promiſcue ab auctoribus etiam ij, qui ſuffragii ius non haberent, municipes nominarentur, teſtis eſt lib. 2. Velleius Paterculus. Itaque uere municipes & ciues Romani erant, & ſuffragia ferebant, atque magiſtratus petebant. Quare Curii, Coruncanii, Porcii, Pompeii, Marii, Tullii, & reliqui ex municipiis oriundi ampliſſimos Romae honores conſecuti ſunt. Haec autem, qua deagimus, Porcia gens, Tuſculana eſt, auctore Plutarcho in Cenſorino, & Tacito lib. II. quomodo etiã Cicero libro de Legibus ſecundo ſcribit; Ego me hercule, inquit, & illi, & omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patriâs: vnam naturae, alteram ciuitatis. ut ille Cato, cum eſſet Tuſculi natus, in populi Romani ciuitatem ſuſceptus eſt: itaque cum ortu Tuſculanus eſſet, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris. Eſt autem hic M. Porcius Cato princeps huius gentis, qui Priſcus primo, deinde, quia multarum rerum uſum haberet, Cato, teſte Plutarcho, appellatus eſt. quod cognomen poſteri retinuerunt. Idem quoque a cenſura ſeuere adminiſtrata, Cenſorius dictus eſt: & in ſumma ſenectute, quia multa eius in Senatu, multa in foro, uel prouiſa prudenter, uel acta conſtanter, uel reſponſa acute ferebantur, Sapientis cognomen adeptus eſt, teſtis Cicero de Officiis III. & in Laelio. Cuius praeclarum in Hiſpania monumentum tali quam ſubiiciam inſcriptione exſtare, refert Auguſtinus Nerrucius.

PALLADI. VICTRICI. SACR.
HIC.HOSTIVM.RELIQVIAS.PROFLIGAVIT.CATO
VBI.SACELLVM.MIRO.ARTIFICIO.CONDITVM
ET.AEREAM.PALLADIS.EFFIGIEM.RELIQVIT
PAREANT. ERGO. ET. NOSCANT. OMNES
SENATVS. ET: POPVLI. ROMANI. IMPERIVM
DEORVM.NVMINE.ET.MILITVM.FORTITVDINE
ET. TVERI. ET. REGI



## M. PORCIVS CATO
Plutarchus in Cenſorino.

I

**M. PORCIVS. M. F. *N. CATO** CENSORIN. AVGVR. Quæſtor. ANN. DXLI. AEDILIS. ANN. DXLV. PR. ANN. DXLIX. Cicero in Catone. COS. cum L. Valerio. ANN. DLIIX. Liuius lib. XXXIII. Plutarchus. Cicero in Catone & Bruto. Hiſpaniam citeriorem prouinciã ſortitus, quæ rebellauerat, pacauit, atque ex ea triumphauit. Appianus in Hiſpanienſibus. CENS. cum L. Valerio. AN. DLXIX. Liuius lib. XXXIX. Cicero in Catone. Valerius lib. II. cap. IV. & lib. III. cap. IV. Plutarchus. Virgilius lib. VI. Vixit ANN. LXXX. Cicero in Bruto.

**L. PORCIVS** L. F. L. N. LICINVS. PR. ANN. DLX. Liuius lib. XXXIV. COS. cum P. Claudio, ANN. DLXXI. Liuius libro XXXIX.

**M. PORCIVS M. F. M. N. CATO.** PR. DES. viuo patre moritur. Epitome XLIIX. Gener L. Paulli fuit. Cicero in Catone lib. de Orat. II. & Offic. I. Egregios de iuris diſciplina libros reliquit, Pomp. lib. II. de Orig. iur.

**M. PORCIVS** M. F. M. N. CAIO SALONIANVS. Mortuus eſt dũ eſſet Imperator. Plutarch. in Cenſorino.

**M. PORCIVS. M. F. M. N. CATO.** COS. cum Q. Marcio. ANN. DCXXXV. Caſsiodorus Obſequẽs. Plinius lib. II. cap. XXXI. In Africam cum imperio profectus, in prouincia mortuus eſt. Gellius lib. XIII. cap. XIIX. Meminit Velleius lib. I. Valerius lib. V. cap. X. Vbi nõ recte ſuperiorem Ca

a

**C. PORCIVS M. F. M. N. CATO.** COS. cum M'. Acilio. AN. DCXXXIX. Caſsiodorus. Repetundarum ex Macedonia damnatus, & in exſilium profectus, ciuis Tarraconenſis factus eſt. Cicero in Praetura Sicilienſi. Item de Signis. & pro Balbo. Velleius lib. II. litem

b

I

**M. PORCIVS** M. F. M. N. CATO TR. PL. Praeturã petens mortuus eſt. Gellius lib. XIII. cap. XIIX. Hunc Conſularem Plutarchus in Cenſorino uocat: quod quam uerum ſit, ex faſtis Conſulũ ap-

c

toncm hunc nominat:id enim Cẽſorino eodem auctore tribuitur.

I

L. PORCIVS. M. F. M. N. CATO. PR. Marſos proelio uicit. Epitome LXXIV. COS. cum Cn. Pompeio. AN. DCLXIV. Caſſiodorus. Aſcon. in Cornelianam. Cum ad lacum Fucinũ contra Marſos bellum gereret, a filio C. Marii occiſus eſt. Oroſius lib. v. cap. XVII. Alii ab hoſtibus occiſum tradunt. Epitome LXXIV. Appianus lib. I. Velleius II. Meminit huius Plinius lib. III. c. v. Vbi tamen cum L. Carbo mendo ſe ſcriptum eſſet, Cuſpinianus optima coniectura L. Catonem repoſuit.

IV. M. aeſtimatam ſcribit. Cicero HS XIIX. M. Meminit Plinius lib. III. c. LVI.

paret. Huius meminit Valerius lib. IIX. cap. IX.

II

M. PORCIVS. M. F. M. N. CATO. TR. PL. Silano, Murena COSS. Plutarchus. Cicero pro Murena. Rogatione Clodia, Piſone, Gabinio COSS. pecuniae Ptolemaei regis Cypri deportãdae praefectus. Epitome CIV. Valerius lib. IIX. c. XVI. Ammianus Marcellinus lib. XIV. Cicero pro Sextio, & pro Domo. Dio lib. XXXIX. Appianus tamen de Bellis ciuilibus ſecundo, poſt Pompeii tert. Cõſulatum hoc factum ſcribit. Verum illorum locorum collatione, Appianum grauiter peccaſſe, nemo paullo eruditior, ut opinor, dubitauerit. PR. ANN. DCXCIX. Valerius lib. III. cap. VI. Aſconius pro Scauro. Plutarch. Bello ciuili Caeſariano Vticae ſe interemit. Epitome CXIV. Hirtius lib. v. Appianus lib. II. Plutarch in vita. Dio lib. XLIII. Meminit Cicero in Bruto. de Finibus, alibi. Virgilius lib. IIX. Valerius lib. II. cap. vlt. & lib. IV. c. I. & III. & lib. VI. c. II. & lib. IIX. cap. VII.

I

M. PORCIVS M. F. M. N. CATO. A Caeſare poſt patris interitũ in gratiam receptus, pugna Philippenſi fortiter pugnans cecidit. Dio lib. XLIII. Appianus lib. IV. Plutarch. in Bruto. Velleius lib. II.



## CVRII, FABRICII, CORVNCANII.

QVONIAM eorum, qui ex municipiis honores eſſent & magiſtratus Romae adepti, proxime meminimus, haud alienum viſum eſt a propoſito noſtro, ſi Curios hic, Fabricios & Coruncanios ſubiiceremus. Nam & municipes hi ſunt, & aequales illorum temporum, ita uere plurimis maximiſque uirtutibus atque omni laude cumulati: ut quamuis neque familiam, neque ſtirpem conſtituant, ſine tamen iuſta reprehenſione praeteriri poſſe non uideantur. Curios municipes fuiſſe, Cicero pro Muraena & Sulla demonſtrat, municipii mentionem facit nullam. item de Fabriciis. Coruncanios in XI. apud Tacitum Claudius Imp. Camerio Italiæ municipio oriundos teſtatur. Cicero vero pro Plancio, Tuſculanos fuiſſe ſatis dilucide oſtendit.

M'. CVRIVS M'. F. M'. N. DENTATVS. TR. PL ANN. CDLIV. Cicero in Bruto. COS. cum P. Cornelio. ANN. CDLXIII. Caſsiodorus. Eutropius lib. II. Cicero in Catone. Plutarchus in Cenſorino. Valerius lib. IV. cap. III. Plinius lib. XV. cap. v. Bellum Samniticum geſsit: omnem eum tractum, qua Nar ambit, fonteſque Velini, Hadriatico tenus mari, igne ferroque uaſtauit. Qua uictoria tantum agrorum, tantum hominum redactum in poteſtatem, ut in utro plus eſſet ne ipſe quidem poſſet exiſtimare, qui uicerat. De Samnitibus, Sabinis, Lucanis triumphauit. Florus lib. III. cap. XV. Eutropius ſe-

cundo. Oroſius lib.III.cap.XIX. CENS. cum L.Papirio. ANN. CDLXIV. COS. II. cum L.Coruelio. ANN CDLXXIIX. Epitome XIV. Valerius lib.VI cap.III. Cicero pro Muraena, & in Catone. Contra Pyrrhum miſſus, cum eo pugnauit, exercitum eius cecidit, ipſum Tarento fugauit, caſtra cepit, de rege Pyrrho & Samnitibus II. triumphauit. Plutarchus in Pyrrho. Eutropius. II. Florus lib.I.cap.XIIX. COS. III. cum Ser.Cornelio. ANN. CDLXXIX. Caſsiodorus.

C. FABRICIVS C.F.C. N. LVSCINVS. COS. cum Q. Aimilio. ANN. CDLXXI. Caſsiodorus. Cicero in Laelio. De Etruſcis & Gallis triumphauit. COS. II. cum Q. Aimilio. ANN. CDLXXV. Bellum cum Pyrrho geſſit. Ad quem cum Pyrrhi medicus nocte ueniſſet, promittens ueneno Pyrrhum occiſurum, uinctum eum Pyrrho reduci iuſſit. Cum Bruttiis & Lucanis proſpere pugnauit, de iis, Tarentinis, & Sãnitibus II. triumphauit. Epitome XIII. Eutropius lib.II. Florus lib.I.cap.XIIX. Cicero in Bruto, in Catone, Officiorum tertio. Gellius lib.III.cap.IIX. Plutarchus in Pyrrho. Virgilius Aeneid. lib.VI. Meminit Valerius lib.IV.cap.III.& IV. Vbi mendoſe Luſcitius pro Luſcinius ſcriptum eſt. Idem lib.VI.cap.V. CENS. cum Q. Aimilio. ANN. CDLXXIIX. Gellius lib.XVII. Valerius lib.II.cap.IV.

TI.CORVNCANIVS.TI.F.TI.N.PRIMVS.PONTIFEX.MAX. e plebe creatus. Epitome XIIX. Cicero pro domo, De natura deorũ primo, De Legibus ſecundo. COS. cum P.Valerio. ANN. CDLXXII. Caſsiodorus. De Vulſinienſibus triumphauit. CENS. cum C. Claudio. ANN. CDXXCV. DICT. COMIT. HABEND. C. ANN. DVII. Meminit Cicero in Bruto, de Oratore tertio. Pomponius de origine iuris. Meminit praeterea C. & L. Coruncaniorum, qui legati ad Teucam Illyriorum reginam miſsi ſunt. Polybius lib.II.& minorem natu a regina occiſum refert: quos tamen Plinius lib.XXXIV.cap.VI. P. Iunium & Ti.Coruncanium nominat, atque ambos a regina interfectos, ſtatuas illis in foro tripedaneas ſtatutas ſcribit: quem ſecutus uidetur Florus lib.II.cap.V. Praeter hos nullum apud ueteres Coruncanium reperire licet.



# ACILIA. GENS

ACILIAM gentem a Troianis oriundam Herodianus auctor eſt: abiectam uero fuiſſe & obſcuram uel hinc apparet, quod poſtremos omnium eorum quorũ originem ueteres ad Aeneam referunt, honores Acilios adeptos ſatis conſtet. Primus enim M'.Acilius C.F. DLVII. post urbem conditam anno, curules geſſit magiſtratus. Vnde a Liuio lib.XXXVII. nouus homo appellatur. Hi Glabriones dicti ſunt, quod glabri & ſine pilis eſſent: teſtis eſt Varro libro de uita populi Romani primo, auctore Nonio Marcello. Atque huc referri debet illud Plauti in Aulularia, Tu iſtum gallum, ſi ſapis, glabriorem reddis, quam uulſus ludius.

M'. ACILIVS. C.F. L. N. GLABRIO. TR. PL. Cornelio, Aelio COS. Liuius lib. XXX. XVIR. SACR. Liuius lib. XXXI. PR. ANN. DLVII. Liuius lib. XXXIII. COS. cum P.Cornelio. ANN. DLXII. Caſsiodorus. Cicero in Catone. Quanquam ibi pro M'. Acilio, M. Atilio mendoſe ſcriptum uidetur. Liuius lib. XXXV. Antiochum regem Aetolosque ad Thermopylas uicit, deque ijs Procoſ. triumphauit. Liuius lib.XXXVI. Aedem Pietatis dedicauit, primusque auratam ſtatuam patri poſuit. Valerius lib.II.cap.I. ubi tamen Atilius pro Acilio perperam legitur.

I

M'. ACILIVS. M'. F. C. N. GLABRIO. cos. cum Q. Opimio. ANN. DXCIX. Hunc, in locum L. Poſtumij ſuffectum docent Capitolinarum tabularum auctores.

M'. ACILIVS. L. F. K. N. BALBVS. GLABRIO. cos. cum L. Quinctio. ANN. DCIII. Caſſiodorus. Plinius lib. VII. cap. XXXVI. Cicero in Catone, & ad Atticum. XII.

I

M'. ACILIVS. M'. F. L. N. BALBVS. GLABRIO. cos. cum C. Porcio. ANN. DCXXXIX. Caſſiodorus. Plinius lib. II. cap. LVI. Legem de pecuniis repetundis tulit. Cicero in Verrinis actionibus & Aſconius.

I

M'. ACILIVS. M'. F. M'. N. GLABRIO. PR. REPETVND. ANN. DCXXCIII. Apud quem Cicero Verrem accuſauit, Aſconio & Cicerone auctoribus. cos. cum C. Calpurnio. ANN. DCXXCVI. Caſſiodorus. Dio lib. XXXV. Cicero ad Atticum lib. XII. & pro lege Manilia.

---



# MARIA . GENS

CAIVS Marius, municeps Arpinas, humili atque obſcuro loco natus, nulla maiorum commendatione, ampliſſimos honores eſt conſecutus. Contigit illi, quod haud ſcio an nemini, ut duabus in Aedilitate acceptis repulſis, ſepties tamen Conſul ſummo populi ſtudio crearetur. uir quem neque propter dignitatem laudare ſatis quiſquam commode, neque propter crudelitatem abunde uituperare poteſt. Nemo umquam tanto metu & periculo rempublicam liberauit, nemo maiori calamitate eandem affecit. Qui enim gladios Cimbrorum & Teutonum in rempublicam diſtrictos a iugulis ciuium reiecerat: qui faces iam accenſas ad urbis excidium, exſtinxerat: qui urbem & Italiam ex ore atque faucibus hoſtium eripuerat, ipſe ille libertatis Romanae uindex, primus in Rempublicam gladium diſtrinxit, primus ſceleratas faces patriae intulit, uaſtitate denique Italiam; caedibus, incendio, ruina, urbem repleuit. Iuſtas ergo & debitas poenasReipublicae perſoluit. Armis Sullanis urbe eiectus, in Minturnenſium paludibus latuit: terra mariq. iactatus, in oris Africas deſertiſſimis iacuit. Filius non ita multis poſt annis in cuniculis Praeneſte trucidatus, memoria ſimul & nominis & generis interiit. Exſtat epigramma uetus in libro urbis antiquae, quod res eius geſtas indicat, eiuſmodi,

C.Marius. Pr. Tr. pl. Q. AVGVR. TR. MIL. EXTRA Sortem. bellum. cum. IVGVRTHA. REGE. NVMID. geſſit. cum. cepit. et TRIVMPHANS. IN Iouis. aedem. ſecundo. conſulatu. ANTE. CVRRVM. SVVM duci. iusſit. III. COnsvl. APSENS. CREATVS eſt. IV. conſul. Teuto NORVM. EXERCITVM deleuit. V. conſul. CIMBROS. FVGAVIT. EX. IEIS. ET Teutoneis. iterum. triumpHAVIT. REMP. TVRBATAM ſeditionibus. Tr. pl. et praetor. qui. armati Capitolium. occupauerant. VI. conſul. uindicauit poſt. LXX. annum. patria. per. arma. ciuilia. pulſus armis. reſtitutus. VII. conſul. factus. eſt de. manubieis. Cimbriceis. et. Teutoniceis. Aedem. Honori et. Virtuti. uictor. ueſte. triumphali. calceis. puniceis



C. MARIVS. C. F. *N. Bello Numantino Scipione imperatore in Hiſpania meruit, hoſtem ex prouocatione occidit. Plutarchus. Cicero pro Cornelio Balbo. TR. PL. Cotta, Metello COSS. legem de ſuffragijs tulit. Plutarchus. Cicero libro de Legibus III. in Aedilitate bis repulſam tulit. Cicero ꝓ Plancio. Ex Praetura Hiſpaniam ſortitus, prouinciam Iberorum latrociniis liberauit. Legatus cum Metello imperatore ad Numidicum bellum profectus, a quo cum Romam miſſus eſſet, criminatus eſt, bellum illum producere, ſe, ſi Conſulem feciſſent, breui tempore aut uiuum aut mortuum Iugurtham in pop. R. poteſtatem redacturum. Itaque COS. factus eſt cum L. Caſſio. ANN. DCXLVI. Caſſiodorus. Cicero lib. de Officiis III. in Africa cum exercitu profectus, Iugurtham & Bocchum Maurorum regem multis proeliis uicit: Iugurtham uiuum a Boccho, Sullae opera, accepit, deq. eo triumphauit. Salluſtius in Iugurth. Epitome LXVI Florus libro III. Eutropius libro IV. Oroſius lib. V. cap. XIV. COS. iterum abſens creatus cum C. Flauio. ANN. DCXLIX. Caſſiodorus. Aſconius in Cornelianam. COS. III. cum L. Aurelio. ANN. DCL. Caſſiodorus. Epitome LXVII. Plinius lib. II. capite LIX. COS. IV. cum Q. Catulo. ANN. DCLI. Bellum Cimbricum geſſit, ſumma ui oppugnata a Teutonis & Ambronibus caſtra defendit: duobus deinde proeliis circa Aquas Sextias eos deleuit, in quibus caeſa traduntur hoſtium ducenta millia, capta nonaginta. Epitome LXIIX. Eutropius libro. V. Florus libro III. capi. III. COS. V. cum M'. Aquillio. ANN. DCLII. Caſſiodorus. Cimbros qui per Noricum profligato Q. Catulo procoſ. irruperant in Italiam, collatis ſignis funditus deleuit: caeſa traduntur hoſtium centum quadraginta millia, capta ſexaginta. Marius totius ciuitatis conſenſu exceptus, pro duobus triumphis, qui offerebantur, uno contentus fuit. Epitome LXIIX. Velleius lib. II. COS VI. cum L. Valerio. ANN. DCLIII. Caſſiodorus. His cos. Saturninus Trib. pl. qui ſeditionem concitauit, & Glaucia Praetor a Rabirio occiſi ſunt. Epitome LXIX. Cicero pro Rabirio perduellionis reo. L. Sulla, Q. Pompeio COSS. ciuitate a Sulla pulſus, in Minturnenſium paludibus latuit, a Minturnenſibus captus & dimiſſus, in Africam delatus eſt. Accerſitus a Cinna COS. urbem cepit, eam caedibus & rapinis uaſtauit. Epitome LXXVII & XXC. Appianus lib. I. Velleius libro II. Florus lib. III. cap. XXI. COS. VII. cum L. Cornelio. ANN. DCLXVII. Idibus Martiis in magiſtratu mortuus eſt. Appianus. Plutarchus in uita & Sulla. Cicero libro de Nat. deo. III.

I

C. MARIVS. C. F. C. N. Cum patre in Africam profugit, quo mortuo COS. creatus eſt admodum adoleſcens cum Cn. Papirio. ANN. DCLXXI. Eius iuſſu Damaſippus Pr. cum Senatum conuocaſſet, omnem nobilitatem, quae in urbe erat, trucidauit. Ipſe a Sulla, exercitu eius fuſo deletoque, Praeneſte obſeſſus, cum per cuniculum captaret euadere, ſaeptuſq. ab exercitu eſſet, mortem ſibi cōſciuit in ipſo cuniculo. Epitome XXCVI. & ſequentibus. Appianus lib. I. Plutarchus in Sulla & Mario. Velleius lib. II. Florus libro III. capite XXI.

---



# POMPEIA. GENS

VELLEIVS Paterculus, auctor antiquitatis ſane luculentus, tres Pompeiae gentis fuiſſe familias libro II. tradit: quae uero hae ſint non explicat. Mihi diligentiſſime haec perpendenti, duae omnino huiuſce gentis familiae diuerſae occurrunt. Prima Ruforum eſt, quorum quidem tres ante bellum ciuile Sullanum, tres poſt Pompeianum, curules geſſiſſe magiſtratus reperio. Neque tamen ignoro quoſdam ex his Bithynicos appellari. Eos enim, quia eiuſdem plane ſunt ſtirpis, cum ceteris coniunximus. Huius familiae auctor eſt & princeps Q. Pompeius, is qui rem ad Numantiam male geſſit: unde a Cicerone de Claris oratoribus, homo per ſe cognitus: pro Muraena, nouus homo appellatur: atque etiam in Accuſationis V. humili & obſcuro loco natus dicitur. Altera familia Pompeii Magni eſt, cuius pater, quia perverſis eſſet oculis, Strabo nominatus: ipſe uero propter res in prima aetate praeclare fortiterq. geſtas, primus omnium Magni cognomine eſt a Sulla decoratus, omniū certe ſaeculorum & nationū facile princeps, qui fines imperii Romani (ut Cicero in Catilinam ſcribit) non terrae, ſed caeli regionibus terminauit, cuius exſtat monumentum apud Plinium lib. VII. & in libro Epigram. urbis, quod apponam.

P : VRB : RO : S : P : Q : R.
CN . POMPEIVS . MAGNVS . IMP.
BELLO . XXX . ANNIS . CONFECTO
FVSIS. FVGATIS. OCCISIS. IN. DEDITIONEM . ACCEPTIS
HOMINVM. CENTIES. VICIES. SEMEL. LXXXIII
M . DEPRESSIS . AVT . CAPTIS . NAVIBVS . DCCCXLVI
OPIDIS. CASTELLIS. MDXXXVIII. IN. FIDEM. ACCEPTIS
TERRIS. A. MEOTI. AD. RVBRVM. MARE. SVBACTIS
CVM. ORAM. MARITIMAM. PRAEDONIBVS. LIBERASSET
ET. IMPERIVM. MARIS. POPVLI. R. RESTITVISSET
EX. ASIA. PONTO. ARMENIA. PAPHLAGONIA
CAPPADOCIA. CILICIA. SYRIA. SCYTHIS. IVDAEIS
ALBANIS. IBERIA. INSVLA. CRETA. BASTERNIS
ET . SVPER . HAEC . DE . REGIBVS
MITHRIDATE . ATQVE . TIGRANE
TRIVMPHAVIT



POMPEIAE GENTIS FAMILIA PRIMA.

A. POMPEIVS. *RVFVS.

I

Q. POMPEIVS. A. F. *N. RVFVS. cos. cum Cn. Seruilio. ANN. DCXII. Caſsiodorus. Cicero ad Atticum XII. In Hiſpaniam profectus procoſ. imperio, Termeſtinos ſubegit, cum eiſdem & Numantinis pacem ignobilem fecit. Romam reuerſus a clariſsimis uiris accuſatus, abſolutus eſt. Caſsiodorus. Velleius lib. II. Cicero pro Muraena, pro Fonteio, libro Accuſationis V. & de Finibus II. Officiorum III. Appianus in Hiſpanienſibus. Eutropius lib. IV. Valerius Max. capite V. libri VIII. Aufidium appellat. Eſt autem Aufidius familiae nomen: quare eorum ſententiam ſequor, qui A.F. pro Aufidio legendum exiſtimant.

Q. POMPEIVS. Q. F. A. N. RVFVS. PR. VRB. AN. DCLXIII. Cicero libro de Oratore I. Valerius libro III. capite V. COS. cum L. Sulla. ANN. DCLXV. In magiſtratu a militibus occiſus eſt. Appianus lib. I. Aſconius in Cornelianam. Cicero in Bruto, & contra Rullum oratione I. & II.

I

Q. POMPEIVS. Q. F. Q. N. RVFVS. Gener Sullae ab emiſſariis P. Sulpicii Trib. pl. occiſus eſt AN. DCLXV. Velleius Paterc. lib. II. Epitome LXXVII. Appianus I. Plutarchus in Sulla.

I

Q. POMPEIVS. Q. F. Q. N. RVFVS. TR. PL. AN. CCC. In carcerem, quod comitia impediret, iuſſu Senatus coniectus eſt. Dio libro XL. τοῦ Σύλλου θυγατριδοῦν appellat. Lapſus uidetur interpres, qui Sullae ſororis filium conuertit.

A. POMPEIVS. Q. F. A. N. RVFVS. Obiit in Capitolium, cum deos ſalutaſſet. Plinius libro VII. capite LIII.

I

A. POMPEIVS. A. F. Q. N. BITHYNICVS Hunc in Bruto Cicero ſummo ſtudio dicendi, multaq. doctrina incredibili labore ac induſtria fuiſſe ſcribit.

I

A. POMPEIVS. A. F A. N. BITHYNICVS PR. in Sicilia a Sex. Pompeio Magni filio occiſus eſt. Appianus libro IIII. Epitome CXXIII. Dio libro XLIX.

